BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
42
1 II
37
FONDO EBORENSE

Ad uſum D. Antonini Diana C.R.

PERSONARVM RERVMQVE ECCLEſiaſticarũ inuiolabilis libertatis breue Scutum.

QVO ECCLESIASTICI VIRI, *réſque aduerſus exactiones, tributáq; ſubſidiaria vindicantur ac propugnantur: eadémque opera docetur, quot & quantas vtilitates Reſpublica Chriſtiana conſequeretur, ſi bonorum Eccleſiæ diſtributio viris dignis committeretur.*

Autore Iacobo Ruffo Chriſtianiſsimæ Regiæ Maieſtatis Equite torquato, Domino temporali du Buyſſon.

PARISIIS,
Apud Nicolaum Cheſneau, & Ioannem Poupy, via Iacobęa, ſub Quercu viridi.
.M. D. LXXVI.
Cum Priuilegio Regis.

4l·10 —

REVERENDISSIMO CARDINALI, AC ILLVſtriſſimo Principi Carolo Borbonio Rothomagenſis Eccleſię Archiepiſcopo: IACOBVS RVFFVS Chriſtianiſſimæ Regiæ Maieſtatis torquatus Dominus temporalis du Buyſſon, S. P. D.

NON abs re (Princeps illuſtriſſime) veterum ſcripta ſparſim ſummorum Heroũm clarorúmque virorum res præſtarè geſtas vndequáque velut in congerie quadam ac miryade coaceruarunt: ſiquidem ſumma inter ſe ipſos Naturæ varietate, longa intercapedine diſtare coniicimus. Alij etenim in ſpeculatione ſyderum, Aſtrologiæ nomine exultarunt, Philoſophi philoſophicis inhiarunt, Rhetores alij lepido orationis artificio. Hinc denique Dialecti Logicis quæſtionibus allecti ſunt. Verùm ſi apud priuatos familiaris hæc artium excolendarum corporeæque ſanitatis ergò diuerſitas legatur: non

*deſuerunt tamen Principes plerique qui ſpiritali exercitio diuerſimodè mentis ignauiam profligarunt. Et vt reiectis paganorum Regum exemplis Galliarum Imperatores iis anteponamus: non te latet permultos Natura pios, pietatem coluiſſe. Clodouæus ſane agnito Chriſto, Rhemenſem Archiepiſcopum tanquam patrem pietatis veneratus eſt, paganos profligans, ſanctitatem iuſtitiámque illam inſignem eſt inſectatus. Pius item Pipinus, & C*AROLVS *Magnus apud Auguſtanam ciuitatem virorum eruditorum conſuetudine vtebantur, & itidem eſt ſectatus B. Ludouicus. Cæteri denique quos ſanguinis Regij atauos habuiſti, tibi velut iure hæreditario piam erga pios voluntatem reliquerunt. Quod ſatis ſupérque hactenus comprobatum nemo neſciat. Atque non paucorum nuper oculis piorum tua illa in Deum pietas claruit. tu enim (domus ſanctæ zelus exemplo Ieſu Chriſti, quem comedebat,) ſacra Archiepiſcopali dignitate vigens, vt perſpecta tibi fuit gregis tui Rothomagenſis diabolica in prauitatem hæreticam, Miniſtriculúmque erroneum, mellitis tanquã retibus verbis munitum deflexio, ſtrenuus affuiſti, diuinóque afflatus eloquio ac ſpiritu, ab illi⁹ lupi verſuta loquacitate, rapacíq; cõſuetu-*

dine eũ deſiſtere monuiſti. Obteſtatúſque es illos credere propriæ damnationis eſſe reos, vltróque damnari agnos, qui mercenarium lucifugamq́; illum inſequerẽtur. Dehinc te verum & legitimum illorum paſtorem Catholicorũ oſtẽdẽs, pollicitus es (quod & nuſquã prætermiſeras) ſemper illis ſanctiores vtilioréſq; (ſi fieri queat) tui deinceps vicarios, ſaluti illorum conſulentes daturum. Quæ tam pia vox ſanè, vana nequaquam fuit. plerique enim gregis illius aberrãtis, te verum Epiſcopũ reueriti (deo propitio) ad fidem ortodoxã reuocati ſunt, magnáq; cum acclamatione, Religionem nouam, eiúſque Prædicantillos reſpuerunt, ſempérque reiecturos profeßi ſunt. Tandiu etiam ſacro-ſanctæ Eccleſiæ libertas viguit, quandiu Galli, religioſo maiorum tuorũ paruerunt imperio. Sed quorſum ad te hæc? Non te profectò ad rem piam cohortari neceſſum eſt, indignus quidem etſi ſim (Paſtor vigilantißime) vt qui tecũ (ídque verbis incomptis) agam: ſperaui tamen futurum cui diuinitus parẽtum tuorum infuſa eſt Chriſtianæ pietatis conſuetudo, Scutum iſtud Eccleſiaſticum, quo ſacerdotes & ſerui Domini in ipſius domo manus extollunt, Deũque benedicunt, tibi omnium Chriſtianißimo, tuæ, velut Aiacis, virtutis munimento, protegendum indicarem.

ILLVSTRI AC PERDOCTO DOMINO, D. IACOBO Ruffo, militi torquato; ac Domino tēporali du Buyſſon, F. Franciſcus Feu-ardētius, Th.

Vt rubus ille ſacer viſus flammeſcere Moſi,
Frondibus in medio perſtitit igne virens:
Sic rubus ardeſcens ſacro ſuccenſus amore
Perſtas, nec finem ſanctus hic ignis habet.
Non ſolum rubus es: ſed cuſtos, atque ſatelles,
Et pugil alterius diceris eſſe rubi.
Chriſti ſponſa rubus, variis incendia flammis
Suſtinet; hæreſeōn igne furente flagrat.
Fixa ſed irriguis ſemper radicibus hæret,
Vt nulla hanc vnquā flāma cremare queat.
Illáque cùm perſtet diuini numinis aura,
In cælis ſanctos, qui auxilientur habet.
In terris paucos: ſed cùm deſerta queratur,
Tutorem agnoſcit te ſibi præcipuum.
Tu rubus ipſe rubi cuſtos, reſtinguere flammas
Pergis, diuino rore fluentis aquæ.

IN OPERIS COMMENDATIONEM AD D. IAcobum Ruffum Equit. torqu. autorem.

O Ruffine Dei miſſus quem ſuſcitat ardor,
Seclo conueniunt quàm tua ſcripta tuo!
Scilicet exanguis, ſciſſo nec compta capillo
Dum gemit, & rabido fluctuat Oceano,
Et nudata bonis dum Chriſti ſponſa vocat te:
Præbes occurrens peruigil auxilium.
Tu Latio nitidum profers ſermone documen
Tu bona defendis codice ſacra pio.
Diſpereant igitur ſemper quos vrget habendi
Sacra fames, ſacris abſtineántque bonis:
O vtinam Ruffine! mihi tum viuere dulce:
Cùm cernes libro credere quemque tuo!

F. de Chante-louue Eques
Melitus ponebat.

EXTRAICT DV PRIuilege du Roy.

PAr grace & priuilege du Roy, eſt permis à Iean Poupy Libraire en l'Vniuerſité de Paris, d'imprimer ou faire imprimer, mettre en vente & diſtribuer, vne fois ou pluſieurs, vn liure intitulé: *Perſonarum Rerúmque Eccleſiaſticarũ inuiolabilis libertatis breue Scutũ: autore Iacobo Ruffo &c.* Et faict ledict Seigneur defenſes à tous autres Libraires & Imprimeurs, ou autres, de quelque eſtat ou qualité qu'ils ſoyẽt, d'en imprimer ou faire imprimer, vendre ny diſtribuer en ſes pays, terres & Seigneuries, autres que ceux qu'aura imprimé ledict Poupy, ou ſans ſon conſentemẽt, iuſques au tẽps & terme de ſix ans finis & accomplis, à compter du iour & datte qu'ils ſeront parachevez d'imprimer, ſur les peines contenues és lettres patentes dudict Seigneur, données à Paris, le premier Aouſt, 1576.

PAR LE CONSEIL, Signé

LE COINTE.

PERSONARVM, RERVMQVE ECCLESIASTICARUM inuiolabilis libertatis breue Scutum.

Autore Iacobo Rufo Chriſtianiſſimæ Regiæ Maieſtatis Equite torquato Domino tẽporali Dumai.

PROOEMIVM.

CVM mihi vehementiùs doleret, iandudum inolita quorundã Reipublicæ noſtræ Magiſtratuũ dãnanda æqui peruerſitas, lector optime, tacere diutius non potui: quin potiùs ad ſcribẽdum animũ appuli demonſtraturus per quàm breuiter & perſpicuè, flagitiũ iſtud adeò execrabile, vt nulla vix mẽte concipi, nulláque vo-

ce exprimi diſertiùs poſſit. Quorum quidem ſtatutis perſonæ réſque Eccleſiaſticæ, & Sacerdotalis dignitas ac libertas ſubſidiariis exactionibus vexantur: ac ſub tributo perſonas réſque Eccleſiaſticas, iura omnia diuina & humana inuertentes, redigere conantur. Videlicet vt tandem Sacerdotium virtute dictorum iniquorum ſtatutorum è Gallia radicitus extirpetur, funditúſque tollatur. Falſò ſiquidem ad hoc moti, vt Regem noſtrum Chriſtianiſſimum tacitè conſenſiſſe, Conſtitutione Aurelia Sacerdotium è ſuo Regno euelli (quod vel cogitaſſe, nedum voluiſſe, impium & nephandum eſſet de tam pio Principe dicere) perfidi & rebelles non pauci opinati vulgò diſſeminauerint. Plurimi namque Gallorum Reges (quorum excellentiores duntaxat attingam) in Regni Galliæ Annalibus leguntur, è quorum clariſſimis natalibus hic noſter nobis fœliciſſimè ortus eſt, ſerui altiſſimi Dei fideles; qui ſyncere Deum ſemper coluerunt: aduerſarios Romanæ fidei armis expugnarunt: Sacerdotes quoque & Dei Eccleſiam ſummo protexerunt

ſtudio. Commemoremus in primis diuinæ memoriæ primum Gallorum Regem Chriſtianum Clodouęum, qui B. Remigij Archiepiſcopi Rhemenſis precibus & doctrinis ad fidem cõuerſus ſacrum baptiſma ſuſcepit. Et cùm ſacrum Chriſma tunc caſu deeſſet: ecce, columba quædam ampullam cum Chriſmate roſtro ſuo cælitùs detulit, quo Regem Pontifex liniuit. Suſcepto autem ſacro baptiſmate, quicquid poſtea agere decreuit, Dei virtute roboratus firmatúſque, fœliciſſimè perfeciſſe ſemper viſus eſt: vt cùm Gotthorum Regem deuicit, ac procul expugnauit. Quid? & Dagobertus, nonne fideliſſimus? Hic enim zelo fidei ſuccenſus, cunctos Iudaicæ ſtirpis Chriſtianos fieri procurauit: Baſilicam diui Dionyſij conſtruxit, ipſámque opulentiſſimè dotauit. Conſideremus Carolum Magnũ, à virtutis magnitudine ſic appellatum, qui precibus Romani Pontificis ductus, cum exercitu valido terra mariq; abiit contra Deſiderium Longobardorum Regem, Eccleſiam Dei vexantem, omniáque Iura Eccleſiaſtica auferentem. Et tandẽ Ro-

mam victor ingreſſus, patrimonium ac iura omnia ſummo Pontifici vi ablata, integra reſtituit: à quo ſumpta benedictione, in Galliam rediens, Saxones, qui Eccleſias Dei comburere ſatagebant, ſibi ſubiecit. Cum Barbaris quoque ſæpiſſimè conflixit, eóſque deuicit, atque ad fidem conuertit. Quid? & B. Ludouicus, qui inter ſanctos dignè relatus eſt, vt ſacra eius nobis ſatis perhibuere miracula, baſilicas ac monaſteria multa conſtruxit, hæreſes omnes ſui temporit deſtruxit: diuini nominis blaſphematores durè repreſſit, ſicque cohibuit. Quæ omnia Regũ Galliæ præclara pro Eccleſiæ tutela ſuſcepta diſcrimina enarrare eſſet fortaſſe ſuperfluum magis quàm difficile: cùm ſparſim in Hiſtoriographorum ſcriptis ita pateant, vt à nemine vlla prætendi poſſit ignorãtia. Vnde piè credendum eſt, Regnum Galliæ cùm meritis & precibus Regum illius, tum clementia diuina ſic firmatum eſſe,
2.Reg.5.b. & 7 b. vt euelli non poſſit: ſicuti Regnum Iuda firmatum extitit, propter Regem Dauid ſeruum Domini fidelem. Nam filij ſa-
Eccl.3.a. pientes, Eccleſia iuſtorum: & natio il-

orum, obedientia & dilectio. Quantum igitur protectione fidei & iuſtitia præclari fuerint Reges Galliæ, ſatis nũc dictum ſit: qui ſemper Deum timuerũt, legem & Sacerdotes Euangelicos honorantes, iuxta præceptum Domini dicentis, Poſtquam autem ſederit Rex in ſolio regni ſui, deſcribet ſibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar à Sacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit ſecum: legétque illud omnibus diebus vitæ ſuæ, vt diſcat timere Deum ſuum, & cuſtodire verba & ceremonias eius, quæ in lege præcepta ſunt. Nec leuetur cor eius in ſuperbiam contra fratres ſuos, neque declinet ad dextrã vel ſiniſtram: vt longo tẽpore regnet ipſe & filij eius. Cùm igitur meritis (vt ſuprà dictum eſt) & precibus anteceſſorum Regum, & clementia diuina ab omni æuo ſic firmatum extitiſſe conſtet: quo pacto aſſerere auſi ſunt quidam à Regis atque vniuerſæ catholicæ Eccleſiæ Romanę obediẽtia & concordia defeciſſe gloriãtes, Regem noſtrum Chriſtianiſſimum, fideíque Catholicæ cupidiſſimum, è ſui Re-

Deut.17.d.

gni finibus Sacerdotium extirpare voluiſſe: Sacerdotibúſque Euangelicis & rebus Eccleſiaſticis talem támque atrocem iniuriam inferre? Nam & Reges ethnici ſubitis & nouis interdum monſtris territi, ſacerdotibus noſtris iniuriã inferre verentur. Attila enim Hunorũ rex, cùm è Pannonia in Italiam facta eruptione, Romam cum inſtructiſſimo peteret exercitu, eam perditurus: Leo I. tunc ſummus Pontifex illi cum honeſtiſſimo Eccleſiaſticorum virorum comitatu occurrit, eúmque intrepidus admonuit, ne in vrbem & ſanctos Deíque ſacerdotes deſæuiret, aut armorũ rabie tanta debaccharetur. Alioquî iram Dei omnipotentis in ſe cõcitaret: quemadmodum Alaricus vnus ex ſuperioribus Regibus qui ſtatim Dei iudicio poſt captam vrbem mortuus eſt. Cuius monitis ilico obtemperauit Attila: nec vltra verſus Romam progredi auſus eſt: Nam cùm Attila cum Pontifice loqueretur, ſibi viſus eſt cernere duos viros ſupra illius caput euaginatos tenentes gladios, ac mortem ipſi minitantes, niſi Põtifici parêre vellet: qui certè Petr? &

Paulus Apoſtoli putati ſunt. Sícq; dimiſſo, quod cœperat, itinere, Attila in Pannoniam reuerſus eſt. Nonne Alexander ille Magnus (qui, vt ampliſſimè narrat Ioſephus Antiquit. Iud. lib. xi. infeſto agmine animóque infēſo vrbem Solymam petens, obuium ſibi habuit Iadū eo tempore ſummum Iudęorum Sacerdotem, pontificalibus indutum veſtibus, & honoratiſſimo Sacerdotum atque Leuitarum cœtu comitatum) confeſtim equo deſiliit, & pronus in terram Sacerdotem magnū veneratus eſt? Quinimò in eo Deum adorauit: & deinde placato animo templum ingreſſus eſt Ieroſolymitanum, atque pro regia munificentia ibidem dona obtulit. Quem igitur ad finem prædictorum quorundā Magiſtratuum, quos nullus diuinæ Maieſtatis in hac parte timor apprehendit, ſeſe effrænata iactabit audacia? Quorum nos, & ſanctorum ſuorum animarum periculis amicè conſulere cupientes, pœnas non ſolum temporales, verumetiam perpetuas & infernales, offendētibus Sacerdotij libertatiſque Eccleſiaſticę dignitatem & prǽeminētiam,

Itidē Alex. ab Alex. lib. 2. c. 8. Geni. die.

paratas eſſe, è diuinis, ſacris, & humanis Canonibus,(niſi ſatisfaciendo,& iniquas Sanctiones huiuſmodi in Sacerdotalis dignitatis ruinam, iacturam & abiectionem latas reuocando reſipuerint) certiſſimè denuntiamus: vt tãdem pœnarum formidine ſaltem territi, à tanto támque execrabili peccato in poſterum coërceantur. Et vt eorum refrenata cupidine & temeritate, cæteri tanto errore imbui erubeſcant & vereãtur. Quæ omnia hoc in breui opuſculo ſtrictim compræhendimus: quod ideo in lucem emittere operæpretium duximus, vt omnibus illa tam antiqua libertas & immunitas Eccleſiaſtica patere poſſit: ne ignorantiæ prætextu, in tantos támque execrabili anathemate dignos errores attrahi & incidere contingat. Gaudeat itaque ſacer ac celeberrimus Eccleſiaſticus ordo: quia inuitatur ad lætitiã & fruitionem ſuæ perpetuæ libertatis Eccleſiaſticæ, teſtante ſacra ſcriptura, ex-
Prou.10.d. pectatio iuſtorum, lætitia: ſpes autem impiorum peribit.

Operis exordium.

1 FVTVRVS Legum vetuſtarum interpres (aiebat Caius Iuriſconſul. ff. de Ori. Iur.) neceſſarium eſſe duxi, iuris ipſius originem omnem demonſtrare. Sic de libertate & immunitate Eccleſiaſticæ dignitatis verba facturi, priùs in huius opuſculi exordio, ipſius Sacerdotij ac dignitatis eius originem, & ſeriem omnem demonſtrare, operæpretium duximus. Nulla ſiquidem vnquam fuit gens tam effera, immanis, aut barbara, quæ Deum aliquem habendum, certóque ritu colendum, neſcierit: tametſi à vero Deo, eiúſque puro cultu in varios errores plurimi deuiauerint. Et certè Natura ipſa videtur omnibus hominibus hunc religionis & pietatis in Deũ inſtinctum tacitè indidiſſe. Quod etiam videre licet apud omnes & Poëtas & Hiſtoriographos, qui vno omniũ cõſenſu Deo alicui certum cultum cum ſumma veneratione exhibendum putauerunt. Gentes enim, quæ (teſtante D. Paulo) legem non habent, naturaliter tamen faciunt ea, quæ legis ſunt, &

Lib. 12.

Ro. 2. c.

ſibiipſis ſunt lex. Quod etiam verum eſſe, ex definitione ipſius iuris naturalis comprobari poterit. Ius naturale, communes ſunt ſententiæ, mentibus hominum naturaliter inſcriptæ, optimam & abſolutiſſimam viuendi rationem proponentes, vt colligitur ex cap. 1. diſt. 1. Ius naturale. Dicitúrque in definitione, Mentibus hominum naturaliter inſcriptæ: quia ſtatim cùm naſcimur, illæ ſententiæ, tanquam paruæ notitiæ, nobiſcum naſcuntur. Cœpit enim hoc ius ab exordio rationalis creaturæ: nec variatur tempore, ſed permanet immutabile, vt colligitur ex principio diſt. 5. Nec refert, quod plærique homines non depræhendant illas ſententias præſertim, maiores, animis eorum inſcriptas eſſe: quia hóc ius latet in quibuſdam, ſicut ignis in ſilice, qui non apparet, niſi excutiatur. Ita quoque quædam præcepta iuris naturalis in animis noſtris latent, donec ab hominibus prudentibus excutiantur. Sententiæ verò communes ipſius iuris naturalis hæ ſunt, Deum colere. Parentibus & Patriæ obtemperare. Honeſtè viuere. Alterum non lædere.

Ius ſuum cuique tribuere.

2 Proinde legum latores omnes ſtudioſè id populo perſuaſerunt, pietatem in Deum habendam: quo ritu colendus ſit, docendo. Ariſtoteles enim in Polit. Oportet (inquit) in ciuitate aliquos eſſe, curam Deorum habentes, nẽpe Sacerdotes. Eidem aſtipulatur Cic. Sublata (inquit) pietate in Deum ac religione, fides & ſocietas humani generis, & vna excellẽtiſſima virtus tollatur, perturbatióque vitæ & maxima confuſio ſequatur, neceſſe eſt. Et inſuper omnes Ethnicorum nationes, cuiuſuis ordinis homines aut generis ad hanc ſacrorum curam gerendam paſſim admitti indignum putarunt: vt neminem, niſi virtute præſtantem & eruditum, ad tam ſanctum munus explendum vocarint ac deſignarint. Sacerdotes nanque apud Ægyptios (vt eſt author Ariſto.) ſecularium negotiorum liberi, (quòd à Regibus annona illis ad victum aſſignaretur: quò rerum arduarum contemplationi attentiùs vacarent) Mathematicas artes ibidem inuenerunt. Fuítque quondam apud Ægyptios (vt dixi-

Lib. 6.

Lib. 1. Metaphy.

Gen. 47. e.

mus) adeò celebris ac illuſtris Sacerdotum ordo, & apud Babylonios Chaldæorum, vt Lycurgus Lacedæmonius, Pythagoras Samius, aliíque non pauci illum locum in ſua Repub. quem in Ægypto Ægyptiorum Sacerdotes, olim habuerint. Ad cultum enim Deorum (vt Diodo. Siculus autor eſt) deputati per omnem vitam philoſophari ſolebāt. Porrò & apud Perſas Magi id nomen à ſapientiæ magnitudine ſunt aſſecuti.

3 Cæterùm his prophanis prætermiſſis, operæpretium viſum eſt, oſtendere in populo, qui ab orbe condito vnius veri Dei cultor fuit, Sacerdotij originem, dignitatem, honorem, ac libertatem: quódque Sacerdotium ab ipſo mundi exordio cœperit, in dignitate & (vt par eſt) libertate ſua, quandiu futuræ ſunt orbis terrarum reliquiæ, permanſurum. In ipſis autem humanæ propaginis foribus Moyſes teſtatur, quòd
Gen. 4. a. Abel iuſtus Sacerdotij munus obiuit: & quòd ad ipſum reſpexit Dominus, & ad
Gen. 4. d. munera eius. Sed & Enos filius Seth, qui cœpit inuocare nomen Domini, nonne
Gen. 8. d. Sacerdotio functus eſt? Nonne etiam

Noë, qui poſt ſubdúctas diluuij aquas
conſtruxit altare Deo,ſuper quod holo-
cauſta illi obtulit: & odoratus eſt Do-
minus odorem ſuauitatis? Inſuper ipſi
Abrahæ à cæde Regum reuertenti oc- *Gen. 14.d.*
currit Melchiſedech Rex Salem: obtu-
lítque panem & vinum (erat enim Sa-
cerdos Dei altiſſimi) & benedixit A-
brahæ. Et (vt paucis agam) ſancti illi
Patriarchæ Abraham, Iſaac, & Iacob, *Gen. 22. c.*
eorúmque filij primogeniti Sacerdotali *26.f.28.b.*
munere ſunt perfuncti. Nam ex ſacris *& 35.a.b.*
literis ſatis patet, quòd Sacerdotium vſ-
que ad tempora legis Moſaicæ, primo-
genituræ ſemper fuerit annexum. At
verò data lege in vertice montis Sinai, *Exo. 31.d.*
conſtitutum eſt diuina ordinatione Sa-
cerdotium Leuiticum ab ipſo Aaron *Exo. 28.a.*
inchoatum, & vſque ad ſalutiferum
Chriſti in carnem aduentum continua
ſerie deductū. Fuit enim illa tribus Le- *Nu. 1.g.*
uitica peculiariter à Deo ſelecta ad mi-
niſterium tabernaculi atque templi il-
lius ſæculi. Sed tandem in hunc mun-
dum Chriſtus deſcendit, cui à Deo pa-
tre dictum eſt, Tu es Sacerdos in æter-
num ſecundum ordinem Melchiſedech *Pſ. 109.*

Herb. 5. b. qui ſeipſum in ara crucis cum clamore valido & lacrymis, hoſtiam patri in reconciliationē totius generis humani obtulit: exauditúſque eſt pro ſua reuerentia. Sícque finem impoſuit Leuitico Sacerdotio, inchoauítque Sacerdotium Euangelicum, ſeu legem nouam, Euangelicósve Sacerdotes, nempe Apoſtolos
Luc. 22. b. 1. Cor. 11. c. Mat. 18. c. per hæc verba, Hoc facite in meam cōmemorationem: & alibi, Quæcunque (inquit) ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælis. Et iterum, Accipite
Ioan. 20 f. Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.

4 Et iſtud quidem Sacerdotium Euangelicum, ſicut & ſacrificium vnicum & ſingulare, quod non, niſi per Sacerdotes Euangelicos, poteſt offerri, perpetuo vigebit, atque in finem ſeculi perdurabit. De quo prophetice vaticinatum eſt,
Pſ. 110. Mandauit in æternum teſtamentum ſuum: & rurſum. Memor erit in ſeculum
Ibid. Teſtamenti ſui: Quódque Teſtamentum hoc & mandatum ante finem mūdi non deſinant, Oſeas etiam, Sponſabo
Oſe. 2. d. te (inquit) mihi in æternum: & ſponſabo te mihi in iuſtitia & iudicio, & miſe-

ricordia & miſerationib. & ſponſabo te mihi in fide, & ſcies, quia ego Dominus. Et Chriſtus, Rogaui (inquit) pro te Petre, vt nũquam deficiat fides tua. Quod idem Chriſtus cæteris etiam diſcipulis ſpopondit, dicens, Ecce, ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi. Non quidem ſecundum diuinitatis tantum maieſtatem, ſed & ſacratiſſimæ ſuæ humanitatis præſentiam, videlicet in admirabili Euchariſtiæ ſacramento verè conſiſtentem. In conſummatione verò ſeculi, tempore Antichriſti ceſſabit iuge hoc ſacrificium, & deficiet hoſtia iſta: & tunc erit in templo Dei abominatio deſolationis, & vſque in finem perſeuerabit deſolatio. Et à tempore, cùm ablatũ fuerit iuge hoc ſacrificium, & poſita fuerit abominatio in deſolationem: dies 1290. At quomodo poterit Eccleſia Chriſti, itidem & fides catholica diu inconcuſſa conſiſtere: niſi adſit illud viuificum & ſalutare ſacrificiũ, quod eſt totius Eccleſiæ fulcimentum, & legis noſtræ fideíque ſtabilimentum? Permanebit igitur vſque ad conſummationem ſeculi: neque alterum illi

Luc. 22. d. *Mat. 28. d.* *Dani. 9. g. & 11. e.* *Dani. 12. d.*

ſucceſſurum eſt, vt neque lex alia. Quare & Sacerdotium Euangelicum vſque ad conſummationem ſęculi iuge & perpetuum futurum eſt: futurique ſunt Sacerdotes noſtris ſucceſſores, qui diuinæ Maieſtati eadem ſacra, quæ iam in Eccleſia catholica Romana offeruntur, indeſinenter litabunt. Quod etiam per hoc nobis myſticè deſignatur, quando Domino ingrediente in ciuitatem Ieru-
Mat. 21. a. ſalē cum totius populi applauſu & con-
Mar. 11. b. gratulatione: turbæ, quæ præcedebant & quæ ſequebantur, clamabant, dicentes, O ſanna in excelſis: Benedictus qui venit in nomine Domini. Per hoc enim myſticè intelligimus, Chriſtum in medio Sacerdotum veteris & nouæ legis conſtitutum, omnium eſſe caput, exemplar, & decus Sacerdotum: & ſuper omnes eximia & ſpectabili dignitate longè eminere. Illos autem, qui in veteri lege præceſſere, Sacerdotes typum Chriſti & figuram expreſſiſſe, eius Sacerdotium ſuo præfigurantes. Hos verò, qui in nouo Teſtamento Chriſtum ſubſequūtur, ad illius imitationem eodem fungi ſacrificandi officio, illique aſſimilari, vt abſolutæ

abſolutæ Sacerdotum ideæ & veritati. Et hi quàm illi tantò propiùs ad ſuum Dvcem Principémque accedunt: quantò expreſſiùs eius ſigna gerunt, digniorémque offerunt Hoſtiam.

5 Nec mirum, ſi Sacerdotalis dignitas tam apud Ethnicos, quàm populos veri Dei cultores, ſummis extollatur encomiis: nam cum Regio principatu miram habet affinitatem. Sacerdotes enim apud antiquos erant iidem & Reges: Virgilio etiam autore, Rex Anius, Rex idem hominum, Phœbíque Sacerdos. Fuit & apud Ægyptios priſca conſuetudo, vt ex omni Philoſophorum numero Sacerdotes deligerent, ex Sacerdotibus autem, Regem: qui religione & ſapientia in imperio adminiſtrando cæteros tranſcenderet. Et hinc Mercurium Trimegiſtum Sacerdotem habuere, & Regem.

Iuſtin⁹ lib. 36.

Vide Seruium ſuper hunc 80. verſum lib. 3. Aeneidos Ver.

Alexan. ab Alex. Gen. die. lib. 2. c. 8.

6 Sed faceſſant nunc iſta Ethnicorum exempla: & ad domeſticos fidei noſtræ noſtrum potiùs conuertamus ſtylum. Melchiſedech ille, quem B. Paulus ad Hebræos ſcribens tantis extollit præconiis, Rex Salem fuiſſe commemora-

Hebr. 7. a.

Gen. 14. d.

tur, & idem Sacerdos Altiſſimi. Secundum cuius ordinem Chriſtus eſt ſummus Sacerdos noſter in æternum, idem & Rex Regum, & Dominus dominantium: dicente de eo Pſalmiſta, Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius: prædicans præceptum eius. Et intelligitur Melchiſedech typus eſſe & figura Chriſti in Regali imperio, & Sacerdotali officio. Nonne Moyſes Dux populi Iſraëlitici fuiſſe, ſimul & Sacerdotali genere clarus commemoratur? Erant enim Moyſes & Aaron filij Amram, filij Caath, filij Leui, ex eadẽ tribu Leuitica: quę cum Regia tribu connubio iungi propter Sacerdotalem dignitatem poterat. Nam Aaron vxorem accepit Eliſabeth filiam Aminadab, ſororem Naaſon, quæ de regia tribu erat. Et Samuel Iudiciariam habuit poteſtatem in Iſraël, & Sacerdotalem eminentiam: fuit enim filius Elcana Leuitę de filiis Core. Nonne etiam Heli Leuita, qui de Athamar filio Aarõ deſcendit, Iudex fuiſſe populi Iſraëlitici, (qui tum erat ſummus Reipub. illius Principatus) & ſimul ſummi Sacerdo-

Pſ.109. Hebr.6.d. Apoc.19.c. Pſ.2. Exo.24.a 29.a.b. Exo.6.d. 1.Par.6.a. Nic. Lyra. ſup. Exo. 6.d. Lyra. ibid. 1.Reg.7.b. 1.Reg.1.c. 1.Par.6.b. & Lyra ib. Vide Lyranum ſup. 1. Reg.2.f & 1.par.6.a. & Ruth.1.

tij honore inſignitus legitur? Denique 1. Reg. 1. a.b.
Simon Macchabęus, & qui poſt eum in 1. Mac. 13. b.14.c.16. d.
Iudæa rerum periti ſunt vſque ad Herodem Regem, Duces erãt populi, necnon Sacerdotes. Quinetiam in ipſa ſacra ſcriptura plærunque inuenitur Sacerdotium Regio titulo vocabulóque coniunctum. Vt cùm Dominus ad filios
Iſraël, Si audieritis (ait) vocem meam, Exo.19.a.
& cuſtodieritis pactum meum: eritis mihi in peculium de cunctis populis: mea eſt enim omnis terra. Et vos eritis mihi in Regnum Sacerdotale, gens ſancta. Vbi certè Sacerdotale vocat Regnum, quòd ad cætera orbis Regna collatum, præcipuum fuerit, ſingulare, & eminentiſſimum. Sacerdotum enim nomine Hebræis nonnunquam dicuntur Magnates in ſacra ſcriptura, & qui maiorem præ cæteris habent autoritatem: & honorabiliorem dignitatis locum,
quamuis Sacerdotalem non gerant functionem. Vt ibi, Erant autem Sacerdoti Exo. 2. c.
Madian ſeptem filię. & alibi, Filij autem
Dauid Sacerdotes erant. Quod alio in 2. Reg. 8. d.
loco ſemet ipſum interpretatus dicit, 1. Par. 18. d.
Porrò filij Dauid primi ad manum Re-

gis. Quibus verbis dicti ſunt filij Dauid
Sacerdotes, id eſt, primi & primores
Regni, & poſt Regem honorificentia
atque poteſtate proximi. Non enim e-
rant de tribu illa, de qua aſſumebantur
Sacerdotes, aut qui in tabernaculo mi-
niſtrabant. Itémque alio ſcripturæ loco,
2. Reg. 20. g. Irá autem Iairites erat Sacerdos Dauid.
Quod eodem cum ſuperioribus ſenſu
exponatur: cum Irá de Sacerdotali ſtir-
pe originem duxiſſe negent interpretes.
Et quod Sacerdotum nomine Regium
quiddam & ſublime deſignetur, nõ tan-
tùm è ſuperioribus veteris Teſtamenti
locis, ſed etiam è noui pluribus noſtrum
fulcitur argumentũ: Sacerdotium quo-
que Regali cõiunctum olim fuiſſe nun-
1. Pe. 2. b. cupationi, Beatus Petrus ad fideles ſcri-
bens, Vos eſtis (inquit) genus electum,
Regale Sacerdotium, gens ſancta, po-
pulus acquiſitionis. Vbi Regale vocat
Sacerdotium, quod Regiam quandam
in ſpiritualibus functionibus præ ſe fe-
Apoc. 1. a. rat poteſtatem & autoritatem. Et D.
Ioãnes, Qui dilexit nos (inquit de Chri-
ſto loquens) & lauit nos à peccatis no-
ſtris in ſanguine ſuo: & fecit nos Regnũ

& Sacerdotes Deo & patri ſuo. Idẽmque ibidem, Redemiſti nos Deo (ait) in ſanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione: & feciſti nos Deo Regnum & Sacerdotes, & regnabimus ſuper terram. *Apoc.5.c.*

7 Quinimò functio Sacerdotalis eminentior eſt & ſublimior Regali poteſtate. Hæc enim tantùm terrena diſponit, illa, cœleſtia: hæc in corpora, illa in animas dominatum obtinet, quæ ad animarum curam, & ſacramentorũ adminiſtrationem ſpectant, cuncta dirigens. Cuius rei typum duo illa luminaria, quæ in principio fecit Deus, gerebant: vnum videlicet maius, vt præeſſet diei, id eſt, ſpiritualibus: & alterum minus, vt præeſſet nocti, id eſt, ſecularibus. *Gen.1.b.* Plurimùm etiam facit ad prerogatiuam Sacerdotij, quòd non Regi, ſed Sacerdoti, vel certè de Sacerdotali proſapia exorto à Deo dictum eſt, Ecce, conſtitui te hodie ſuper gentes & Regna: vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes: & ædifices, & plantes. *Hiere.1.b.* Quapropter maxima profectò ſunt dona Dei, à ſuperna nobis collata clementia, Sacerdotium

& imperium ſeu Regnum: illud quidem rebus diuinis ac ſpiritualibus miniſtrãs: hoc verò humanis ac corporalibus præſidens, curámque ac diligentiam gnauiter exhibens. Vno certè eodémque à principio vtraque procedentia, humanam plurimùm exornant vitam.

8 Nihil igitur Imperatoribus, itidem & Regibus, Principibúſque perinde curæ ac ſtudio eſſe debet, atque intacta & inuiolata Sacerdotum & dignitas & libertas: hi ſiquidem pro illorum ſalute ſupplices Deo preces votáq; iugiter perſoluunt, ſacrificántque. Quare mater Imperij dicitur Eccleſia. Anth. vt deter. ſit cler. nu. col. 1. in pri. verſ. Nouimus huius Regiæ ciuitatis ſanctiſſimam maiorem Eccleſiam, noſtri Imperij matrẽ, debitis inquietari maioribus. Quinetiã Reipub. Chriſtianæ plurimùm intereſt, Sacerdotes eſſe, à quibus veniam peccatorum ex Chriſti ordinatione miniſterialiter petamus. L. inter claros. Cod. de ſum. tri. & fi. cath. Ideóque ſunt duæ Iuriſdictiones diſtinctæ. ca. ſi tributum. xi. q. 1. Si tributum petat Imperator, nõ negamus: nam & Petrus ſoluit. ca. om-

nis anima. de cenſ. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: ideò tributa præſtatis, quia hæc eſt probatio ſubiectionis. Facit cap. ſolitæ de maior. & obed. in Anti.

9 Porrò, ſciendum eſt, Apoſtolos primæ rectores Eccleſiæ, quoſdam, per ſingulas regiones & ciuitates, adminiſtratores inſtituiſſe, qui poſt ipſorum ex hoc ſeculo in cœlum tranſlationem, eandem ſanctiſſimè regerent. Nam D. Paulus Titum Cretenſis Eccleſiæ, & Timotheum Epheſinæ Miniſtros inſtituit, vt ex ipſius epiſtolis ſatis conſtat. *Tit. 1. b.* *Act. 20. a.* *1 Tim. 1. a.* Hos autem vocarunt Sacerdotes: quòd ſacrorum curam gererent. Dicti ſunt & ſal terræ, & mundi lumen: quòd eos oporteat in ſplẽdore bonorum operum glorificare Deum. cap. ſacerdotes. 93. diſt. *Mat. 5. b.* Qui etiam dicti ſunt Presbyteri, id eſt, ſeniores: non ad ætatem ſiue annorum numerum habita potiſſimùm ratione, ſed ad dignitatem, & prudentiæ ac ſapientiæ ſupereminentiam. Ab ipſis enim diſcimus ſapiẽtiam & doctrinam, ſecundum quod dictum eſt, Ne deſpicias Presbyterorum ſapientiam, & in *Eccl. 8. b.*

prouerbiis eorum conuerſare: quoniam ab ipſis diſces ſapientiam, & doctrinam intellectus. Dicuntur quoque Miniſtri & Paſtores: quòd miniſtrent potius, quã dominentur cæteris: & quòd gregem ſibi commiſſum non tantùm pane ſacramentali, ſed etiam verbo, quod proceſſit de ore Dei, paſcere teneantur. Et Ioel ſepiſſimè, Lugete (inquit) Sacerdotes miniſtri Domini. &, Plangite Sacerdotes,
Ioel.1.b.c. vlulate miniſtri altaris. & infra, inter veſtibulum & altare plorabunt Sacerdotes
Ioel.2.d. miniſtri Domini. Vnde dicebat idem D. Paulus, qui bene prӕſunt Presbyteri du-
1.Tim.5.c. plici honore digni habeãtur. Illis aut tẽporibus iidem Presbyteri & Epiſcopi dicebantur. cap. olim. 98. diſt. Olim erat Presbyter, qui & Epiſcopus. Antequã enim diaboli inſtinctu ſchiſmata in religione fierẽt, & diceretur in populis, ego ſum Pauli, ego ſũ Apollo, ego autẽ Ce-
1.Cor.1.b. phӕ: cõmuni cõſilio Presbyterorũ Eccleſiӕ gubernabãtur. Poſtquam verò vnuſquiſq;, quos baptiſauerat, ſuos eſſe dicebat, nõ Chriſti: in toto orbe terrarũ decretũ eſt, vt vnus de Presbyteris præponeretur omnibus, qui Epiſcopus dicere-

tur:quatinꝰ à cęteris diſcerni poſſet.cap. legimꝰ.93.diſt.verſ. quia autē poſtea vnꝰ electus eſt,qui cæteris præponeretur: in ſchiſmatis remediū factum eſt, ne vnuſquiſq; ad ſe trahēs, Chriſti Eccleſiā romperet. Nā & in Alexādria à Marco Euāgeliſta vſq; ad Heraclē & Dionyſiū Epiſcopos, presbyteri ſemper vnū ex ſe electū,& in excelſiori gradu collocatū, Epiſcopū nominabāt. Quāuis tū presbyteri nomē nō reſpuerint, inquit Euſeb.in hiſto.triper. Et inſuper in quibꝰ ciuitatibꝰ erat Presbyterorū collegiū, præerat Epiſcopus:in cuius locū ſucceſſerūt collegia Canonicorū. Et hūc presbyterorū cœtū vocat D.Hieronymus Senatū.ca.Eccleſia.16.can. q. 1. Eccleſia habet Senatum, cœtū Presbyterorū: ſine quorum cōſilio nihil agere licet. Nōdū enim Presbyteri ſeparatas habebant Eccleſias, in quibus docerent, & ſacramenta adminiſtrarēt. Quod & Sozom. demonſtrat,cū ait,cōſuetudinē fuiſſe in Alexādria ſuo tēpore, vt vno ſupra omnes exiſtente Epiſcopo, cæteri presbyteri ſeorsū Eccleſias obtinerēt:& populus in eis collectas ſolenniter celebraret.Quod teſtatur D.Paulus,

D. Hieronymy. Euagrio.tō.2.

Idem.ibid.

1. Cor.16. De collectis (inquit ille) quæ fiunt in
6. ſanctos, ſicut ordinaui Eccleſiis Galatiæ, ita & faciatis per vnam Sabbathi. Et iſtæ collectæ fiebant in vſum pauperum Ieroſolymitanorum, & verbi diuini prędicatorum: ſicut noſtris diebus in Græcia ſub Turca, Chriſtiani ex collectis Patriarcham ſuum & clerum nutriunt. Vnde & à colligendo, Oratio in Miſſa Collecta dicitur. Neque ſolus D. Paulus, ſed & B Petrus Presbyteros & Epiſcopos ordinauit. Antiochiæ enim, vbi fuerat D. Petri pontificalis ſedes erecta, B. Ignatium Apoſtolorum diſcipulum, tertium poſt ſe Epiſcopum conſtituit: illícque primùm Chriſtianorum nomẽ ortum habuit. Illic etiam Eccleſia à B.
Act.11.d. Marco diſcipulo eius & Euãgeliſta conſecrata eſt. cap. ſacroſancta Romana. 22. diſt. Poſtea ſede Pontificali Romam tranſlata, B. Linus Pontificatum primus poſt Petrum geſſit, hortante humilitatis gratia B. Clemente, quem ſibi proximum ſucceſſorem Petrus eſſe voluerat. Linus autem creſcente fidelium numero, habitis ſacris ordinibus in vrbe, decem & octo Presbyteros, & vndecim

Epiſcopos inſtituit. Cletus etiam Lini ſucceſſor viginti quinque Presbyteros: & Clemens, qui quartus à Petro Romanæ Eccleſiæ Pontifex creatus eſt, Presbyteros decẽ, diaconos quindecim & aliquot Epiſcopos ordinauit. Et tandẽ Anacletus Clementi ſuffectus quinq; Epiſcopos, & tres Diaconos cõſecrauit.

10 Cùm autem mirum in modũ aucta re Chriſtiana, paſſim conſtruerentur Baſilicæ non modò in ciuitatib. verũ etiam ſingulis in vicis & pagis: tunc confuſionis & diſcordiæ vitandæ gratia, vbique terrarum diuiſæ ſunt regiones, ita vt vnuſquiſque ſua Eccleſia vel regione contentus, ab aliena omnino abſtineret. Cuius rei autor fuiſſe dicitur Dionyſius vrbis Romæ Epiſcopus. 8. can. q. 1. De Eccleſiis parochianis, vnde Apoſtolicam ſedem conſulere voluiſti, qualiter ſint Sacerdotibus diuidendæ, ſequere, quod nos in Romana Eccleſia egiſſe cognoſcitur. Eccleſias ſingulas ſingulis Presbyteris dedimus, parochias & cœmeteria eis diuiſimus: ita tamen vt nullus alterius parochiæ terminos inuadat, ſed vnuſquiſque ſuis terminis cõtentus

Eccleſiam & plebem ſibi commiſſam cuſtodiat, vt ante tribunal æterni iudicis de ouibus ſibi cõmiſſis rationẽ reddat: nec iudicium ſed gloriam pro ſuis actibus percipiat. Fuerunt etiam longè ante Chriſti aduentum diſtinctæ parochiæ ex Gentilium diſtinctione. cap. vrbes. 80. diſt. Vrbes & loca, in quibus Primates præſidere debeant, multis ante aduentum Chriſti temporibus ſtatutæ erant, quarum Primates etiam Gentiles pro maioribus negotiis appellabant. In ipſis verò vrbibus poſt aduentum Chriſti, eorum ſucceſſores Primates Patriarchas poſuerunt: ad quos Epiſcoporum negotia, ſalua tamẽ Apoſtolica ſede, referũtur. In illis ciuitatib⁹, in quibus Flamines erant, Patriarchas poni B. Petrus iuſſit, qui reliquorũ cauſas actitarent: in reliquis verò ciuitatibus non plures Epiſcopos conſtitui præcepit, qui Epiſcoporũ vocabula ſortirentur. Et ſic à principio ſedes Apoſtolica contulit omnia officia Eccleſiaſtica & dignitates. cap. omnes. 22. diſt. Omnes ſiue Patriarchæ vel Epiſcopatuũ cathedras, ſiue cuiuſcunque ordinis dignitatem inſtituit Eccleſia Romana.

11 Ab Apoſtolis etiã inſtituti ſunt,qui Græcè Diaconi,latinè Miniſtri dicti ſũt, ſub his verbis,Non eſt æquum nos derelinquere verbũ Dei,& miniſtrare mẽſis. Act.6.a. Cõſiderate ergo (fratres) viros ex vobis boni teſtimonij ſeptẽ:plenos ſpiritu ſancto & ſapiẽtia:quos conſtituamus ſuper hoc opus. Et qui Diaconi dicãtur, textus eſt in cap. Diaconi.93. diſt. Diaconi Eccleſiæ ſunt, tanquã oculi Epiſcopi, actus totius Eccleſię circunluſtrãtes,perſcrutãtes ſi quẽ viderint peccato proximũ, vt ad Epiſcopũ referant: & ita Epiſcopo ſuggerere, quæ ad cultũ Eccleſiæ & diſciplinã pertinẽt. Et ſeptẽ in ciuitate eſſe debent,quanuis ciuitas nõ ſit magna,qui Epiſcopũ prædicãtẽ cuſtodiãt, ne ab inſidiatoribus aliquo modo infeſtetur.Neque corã Sacerdote Diaconus ſedere debet.cap.nõ oportet.93.diſt.Nõ oportet Diaconũ corã Sacerdote ſedere:ſed ſecundũ iuſſionem Presbyteri ſedeat. Nam Sacerdotum & Diaconorum diſcretio hæc eſt: quod ſicut in Sacerdotis poteſtate conſecratio, ita in Diaconi,adminiſtratio ſita eſt.ca.1. diſt. 41. Sicut in lege Moſaica inſtituti fue- Nu.3.a

runt Leuitæ, vt Aaron ſummo Pontifici ſeruirent atque miniſtrarent: hinc cura & adminiſtratio rerum, quæ Eccleſiæ offeruntur, Diacono commiſſa eſt. ca. præcipimus. 12. can. q. 1. Hinc ideò fit, vt oblationes ad altare factas recipiant Diaconi. cap. 1. diſt. 21. De dignitate autem Diaconorum loquitur. D. Hieronymus dicens, Diaconi

Apoc. 1. d. ſunt hi, quos in Apocalypſi legimus, ſeptem angeli Eccleſiarum: hi ſunt ſeptē

Apoc. 10. b. candelabra aurea: hi ſunt voces ſeptem tonitruorum, virtutū operationē præclari, humilitate præditi, quieti, humiles, euangeliſantes pacem, annunciantes bona, rixas & ſcandala reſecantes, ſoli de Deo cogitantes, nihil penitus de mūdo. Fuerūt etiam Diaconus & Subdiaconus Apoſtolorum tēporibus. cap. Epiſcopus. 30 diſt. Epiſcopus, Presbyter, aut Diaconus aleæ atque ebrietati deſinat ſtudere. Subdiaconus autē aut Cantor ſimilia faciens, communione priuetur. De Subdiacono etiam meminit Epiphanius ad Ioannem Ieroſolymitanū Epiſcopum ſcribens; quem vocat Hypodiaconum. Ab Apoſtolis igitur (vt

ſuperius diximus) electi fuerunt primi ſeptem Diaconi, è quibus vnus fuit B. Stephanus: à quibus temporum ſucceſſu, cũ Diaconis Subdiaconi poſtea ſunt inſtituti. *Act. 6. a.*

12. Epiſcopalis verò ordo eſt quadripartitus, in Primates, Patriarchas, Archiepiſcopos, & Metropolitanos. Patiarcha ſummus patrum interpretatur: quia primum locum poſt Apoſtolicum tenet. Archiepiſcopus autem interpretatur ſummus Epiſcoporum: quia vicẽ tenet Apoſtolicam, & pręſidet tam Metropolitanis, quàm cæteris Epiſcopis: dicto cap. 1. diſt. 21. Primus Archiepiſcopus fuit B. Iacobus. cap. porrò. 66. diſt. Porrò & Ieroſolymitanus primus Archiepiſcopus, qui ſecundum carnem, frater Domini dictus eſt: à Iacobo, Ioãne, & Petro ordinatus Archiepiſcopus, ſuis ſucceſſoribus formam dantibus, vt non minùs, quàm à tribus Epiſcopis, reliquiſque omnibus aſſenſum præbentibus, nullatenus Epiſcopus ordinetur, & communi voto ordinatio celebretur. Metropolitani verò à menſura ciuitatũ ſunt dicti: quòd ſingulis pręſint prouin-

ciis, vt inquit Iſido. Et qui Græcè Epiſcopi dicti ſunt , Latinè ſuperintendentes dici poſſunt:eò quòd populorum infra ſe poſitorum mores & vitam ſpeculentur ac proſpiciant: Autore & loco præallegatis. Sacerdotum quoque ſimplicium & Epiſcoporum diſcretio quædam facta eſt. Nam licet Sacerdotes ſacradent,non tamē Pontificatus apicem habent, ſicut Epiſcopi:nec Chriſmate frontem ſignant. Quòd ſolùm deberi hoc munus Epiſcopis, lectio Act. Apoſtolorum ſatis demonſtrat.cap.perlectis. 25.diſt. verſic. Ad Epiſcopum pertinet baſilicarum conſecratio, vnctio altaris, & conſecratio baptiſmalis: officia & ordines Eccleſiaſticos diſtribuit:ſacras virgines benedicit.Pontifex autem Romanus ſummus Sacerdotum ſine vlla controuerſia hacten⁹ habitus eſt à verè Catholicis, nec immerito: ipſe enim vbilibet Sacerdotes creat, & Leuitas: atque quod quiſque facere in Eccleſia debet, liberè diſponit. Nam à principio (vt dixim⁹) Romana ſedes Apoſtolica D. D. Petri & Pauli ſanguine 14. imperij Neronis anno conſecrata eſt.cap.quamuis.
21.diſt.

21.diſt. verſ. Glorioſa morte D. Paulus cum B. Petro in vrbe Romana ſub Cæſare Nerone agoniſans coronatus eſt: & ſupra dictam pariter Romanam Eccleſiam Domino conſecrarunt. Nam vt aliquis in ſanguine ſuo baptiſatur: ſic Eccleſia in ſanguine alicuius conſecratur. toto cap. baptiſmi vicem. de conſecr. diſt.4

13 Nunc verò demonſtrare oportet, quomodo in veteri Teſtamento Sacerdotalis ordo inchoatus fuerit: & in nouo plenius conſummatus. Aaron à fratre ſuo Moyſe tribus annis iuniore, ideóque primogenitus, in ſummum Sacerdotem iuſſu Domini, Leuitarum primus vnctus fuit: deinde filij eius Nadab & Abiu, Eleazar & Ithamar à Moyſe ſimiliter viuo patre in minores Sacerdotes. Nadab autem & Abiu, cùm in deſerto Sinai alienum ignem in conſpectu Domini offerrent, abſque liberis mortui ſunt: ſolíque ſuperſtites Eleazar & Ithamar coram Aaron patre ſuo Sacerdotio functi ſunt. Eleazar verò cum filiis patri ſucceſſit vt primogenitus, in officio ſummi Sacerdotis, eóque ſemper

Exod.7.a *Leui.8.b.* *Exo.6.d.* *29.a.* *Leui.10.a.* *Nu.3.a* *1.Par.24.a.* *Nu.25.d.*

functi ſunt primogeniti eius : minori verò Sacerdotio Ithamar & cæteri iuniores. Quibus iuſſu Domini dono dati ſunt à filiis Iſraël cæteri Leuitæ: vt miniſtrarent eis, & excubarent coram Domino, & tabernaculo eius. Et
1.Cor.10.c hæc omnia (Paulo teſte) contingebant illis in figura. Chriſtus enim Sacerdos ſummus, non typicus ſed eſſentialis (vti ſuperiùs dictum eſt) Apoſtolos ſuos inſtituit Sacerdotes: & Petrum poſt ſe in ſummum Sacerdotem,
Ioã.21.c. quando illi præ omnib⁹ & pro omnibus
Mat.16.c. Luc.22.d. curam commiſit ouilis, ac regni cœlorum claues tradidit, atque pro eius fide,
Luc.22.b. ne vnquam deficeret, ſpecialiter orauit.
1.Cor.11.c. Mat.28.d. Sícque omnibus ſuis Apoſtolis Hoſtiã,
Mar.16.d. hoc eſt, panem & vinum in corp⁹ ſuum & ſanguinem conſecrandi poteſtatem fecit, dicens, Hoc facite in meam commemorationem. Quos etiã poſtea per vniuerſum orbem, ad prædicãdum Dei verbum ab eo miſſos fuiſſe, eius te-
Ioan.20.e. ſtantur verba, dicentis, Sicut me miſit pater, & ego mitto vos. Et alibi, Ego
Luc.10.a. mitto vos ſicut agnos in medio luporum. In locum autem Apoſtolorum, &

ex eorum conſtitutione & ordinatione gradatim ſucceſſerũt primò Romanus, deinde cæteri Epiſcopi: qui vices Apoſtolicas tenent.cap. quorum.68. diſt. In ſuper quorum vices in Eccleſia teneãt Epiſcopi, docet D. Aguſtinus dicens, *Pſ. 44.* Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij. Patres (inquit) miſſi ſunt Apoſtoli: filij nati ſunt Epiſcopi, per vniuerſum mundum conſtituti. Eccleſia enim illos Patres appellat: hos verò genuit, & in ſedibus Patrum collocauit. Quos autẽ genuerit Eccleſia poſt Apoſtolorũ ad Deũ trãſitum, paucis dicamus: in primo quidẽ cẽtenario annumerantur S. Clemẽs, D. Ignatius, S. Dionyſius, Apoſtolorum diſcipuli. In ſecundo autẽ Alexãder Magnus, D. Ireneus, Tertulianus, Origenes, Cyprianus. In tertio verò cẽtenario, Lactãtius, Euſebius D. Athanaſius, D. Hieronymus, S. Auguſtinus, S. Ioãn. Chryſoſto. In quarto, Leo Maximus, Theodorus. Et in quĩto, Gregori⁹, Bernardus, & alij, quos in quolibet cẽtenario perſcrutari diſtulim⁹. Apoſtoli igitur à Domino commonefacti, magis in dies augeſcẽte fidelium numero, rogauerunt Dominũ

Luc. 10.a. meſſis, vt plures mitteret operarios in meſſem ſuam, dicentes, Meſſis quidem multa: operarij autem pauci. Et ideò conſtituti ſunt ſeptuaginta duo diſcipuli: in quorum locum ſucceſſerunt Curati, & parœciarum rectores, tanquam minores Sacerdotes.

14 Vt autem temporalium bonorum, quæ Eccleſia ac Sacerdotes Euangelici non pauca iam poſſident, origo, finis & vſus veriùs intelligatur, à Chriſti Apoſtolorúmque temporibus noſtra repetenda eſt narratio. Ex ſacris Euangeliis
Mat. 14.b. 15 d. clariſſimè conſtat, Chriſtum facultates
Ioan. 4.a. 12.b.13.c. nonnullas ſaltē pecuniarias, & eleemoſinas, quamuis pertenues, vnde ſibi ſuiſque nonnunquam victum pararet, habuiſſe. ca. habebat. 12. can. q. 1. Habebat loculos, à fidelibus oblata conſeruans, & ſuorum neceſſitatibus, & aliis indigentibus tribuebat. Mortuo autem & paſſo, ac poſt reſurrectionem in cœlum ſublato Chriſto, Apoſtoli eius non mediocrem pecuniæ vim poſſediſſe leguntur: vt quanuis eſſet inter eos ingens hominum multitudo, tamen inter eos egens viſus eſt nullus. Multitudinis e-

nim credentium erat cor vnum, & anima vna. Nec quiſquam eorum, quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat: ſed erant illis omnia communia. Et quotquot erant poſſeſſores agrorum, vendẽtes afferebant pretia: & ponebant ante pedes Apoſtolorum, diuidebaturq́; ſingulis, prout cuique opus erat. Hæc omnia referuntur à D. Clemente, vt ex eius epiſtola apparet in ca. dilectiſſimis. 12. cã. q. 1. Quòd autem ex prædiorum venditione pecuniam conferre ſecum maluerint, quàm prædiorũ ſuorum fructus ſibi retinere, & ex ipſis in communi viuere, factum creditur: quòd proſpicerẽt Apoſtoli, & præuiderent Eccleſiam à Iudæa ad Gentes breui pòſt tempore transferendam eſſe: & ideò prædia in Iudæa habere aut poſſidere noluerunt, ſed pretia duntaxat, ad fouendos & alendos egentes ca. futuram. 12. can. q. 1. Qualis igitur & quantus fuerit temporalium bonorum Eccleſiæ vſus temporibus Apoſtolorum, abundè pro ſuſcepto negocio dixiſſe arbitramur. *Act. 4. 5.*

15 Cæterùm, poſt Apoſtolorũ ex hoc ſeculo deceſſum, & in cœlum tranſla-

tionem: Sacerdotes & reliqui fideles per vniuerſum orbem diſperſi, vtilius fore putauerunt, hæreditates & agros, quos priùs vendebant, Eccleſiis, quibus præſidebant Epiſcopi, tradere. dicto ca. dilectiſſimis. verſ. At verò cùm inter turbines & aduerſa mundi ſuccreſceret Eccleſia; ad hoc vſque peruenit, vt non ſolùm Gentes, ſed etiam Romani Principes, qui totius orbis Monarchiam tenebant, ad fidem Chriſti per baptiſmi ſacramenta concurrerẽt. E quibus vir religioſiſſimus Conſtantinus. 1. fidem veritatis adeptus, licentiam per vniuerſum orbem ſuo degentibus ſub Imperio, non ſolum Chriſtianos fieri, ſed etiam Eccleſias ædificandi: & prædia conſtituit tribuenda. Hincque factum eſt, vt ab illo tempore viri religioſiſſimi, qui ante Conſtantini tempora (Tyrannorũ paulatim cedente ferocia) non tantùm poſſeſſiones & prædia; quæ poſſidebant, verumetiam ſemetipſos Domino conſecrarint: Eccleſias ſiue Baſilicas & Monaſteria per ſingulas ciuitates ædificauerint, etiam in propriis fundis, & ſuis ſumptibus. 15. diſt. cap. 1. Quòd autem

Baſilicarum conſtructio ſit de Iure diuino, habetur è veteri teſtamento. Iu- *3. Reg 8. b*
dæi nanque loca, vbi Domino ſacrifica- *2. Par. 6.*
bant, diuinis habebant ſupplicationi- *a. 1. Eſd. 1. a. b. c.*
bus conſecrata: nec alibi, quàm in lo- *1. Mac. 4.*
cis Deo dicatis illi munera offerebant. *g.*
Si igitur Iudæi, qui legis vmbræ ſolùm deſeruiebant, domum Deo ſanctè dedi- *Ioan. 1. b.*
care tam ſtudioſè curabant: quantò magis nos, quibus veritas patefacta eſt, & gratia per Ieſum Chriſtum data, templa Domino ædificare, & quàm poſſumus optimè & ſanctiſſimè diuinis precibus, cum vaſis, veſtibus, & aliis ornamẽtis ad diuinum cultum pertinentibus, dicare & ſanctificare debemus?

16 Veruntamen (vt ad inſtitutum redeam) earum rerum donationes & oblationes, quas Epiſcopis tradebant fideles Epiſcopi ipſi in ſua poteſtate non habebant. Quod etiam præcipiunt canones Apoſtolorum. ca. peruenit. 16. can. q. 7. Peruenit ad nos, quòd quidã Epiſcopi, non Sacerdotibus propriæ Dioceſis decimas, atque Chriſtianorum oblationes conferunt: ſed potiùs militum perſonis, vel conſanguineis.

Vnde ſi quis Epiſcopus amodò fuerit huius diuini præcepti tranſgreſſor inuentus:inter hæreticos maximus habeatur. Quapropter antiquitus fiebat huiuſmodi prædiorum & bonorum Eccleſiæ collatorum diſtributio Clericis & Miniſtris Eccleſiarum:quorum erat (vt plurimùm) communis vita & conuerſatio, ca.non dicatis.12.can.q.1. Non dicatis vos habere proprium, cùm omnia vobis ſint communia. Eóque tempore tot & tantæ conferebantur Eccleſiis diuitiæ, vt inde pauperes omnes alerentur: eáque cura mandabatur Epiſcopis, quòd eorum erga pauperes ſtudium tũc omnibus perſpectum eſſet. l. 1. Cod. de Epi.audi. verſ. Chriſtiani, quibus verus cultus eſt, adiuuare pauperes & poſitos in neceſſitate prouideant Epiſcopi. Et idcirco bona Eccleſiæ paſſim in veteribus canonibus Pauperum patrimonia dicuntur.ca. Quia iuxta ſanctorum patrũ traditionẽ nouimus res Eccleſiæ vota fidelium eſſe, & pretia peccatorum, atque pauperum patrimonia: cuique habita nõ ſolùm conferre, verùm etiam Deo opitulante conferre optamus.

17 Sit igitur Iuris certiſſima concluſio, vt Sacerdotiũ, ipſiúſque Libertas ac dignitas tributis, vectigalibus, ac cæteris Reipub. communibus oneribus fatigari non poſſit: imò priuilegiis omnibus & libertatibus debet donari. Cuius immunitatis teſtis eſt locupletiſſimus Moyſes, dicens, Emit Ioſeph omnem terram Ægypti, vſque ad extremos fines eius: pręter terram Sacerdotum, quę à Rege tradita fuerat eis: quibus & ſtatuta cibaria ex publicis horreis præbebantur. Idcirco non ſunt compulſi vẽdere poſſeſſiones. & poſt pauca idẽ, Ex eo (inquit) tẽpore vſque in præſentem diem, in vniuerſa terra Ægypti quinta pars Regibus ſoluitur, & factum eſt quaſi in legem: abſque terra Sacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit. Item Artaxerxes Rex Regum, fiſci Regis & arcæ publicæ Cuſtodibus, qui ſunt trans flumen, Vobis (inquit) notum facimus de vniuerſis Sacerdotibus, Leuitis & Cãtoribus, Ianitorib⁹ & Miniſtris domus Dei huius, vt vectigal, & tributum, & annonas non habeatis poteſtatem imponendi eis. Idẽ quoque Rex, Cuſtodibus theſaurorum

Gen. 47.e.

Ibid. f.

1. Eſd. 7. d

3.Eſd.8.b. Syrię & Phœnicis, Vobis (inquit) dicitur, vt omnibus Sacerdotibus & Leuitis, & ſacris Cantoribus, & ſeruis templi, & ſcribis templi huius nullum tributum, neque vlla alia indictio irrogetur: nec habeat quiſquam poteſtatem obiicere eis quicquam. Pręcepit etiam Dominus Nu.35.a. Moyſi, dicens, Præcipe filiis Iſraël, vt dent Leuitis de poſſeſſionibus ſuis vrbes ad habitandum, & ſuburbana eaIoſu.21.a. rum ad manendum. Dederuntque filij Iſraël Leuitis ciuitates, & ſuburbana ea-4.Reg.12.a. rũ, ſicut præcepit Dominus. Dixit quoque Ioas Rex ad Sacerdotes, omnem pecuniam ſanctorum, quæ illata fuerit in templum Domini à prætereuntibus, quæ offertur pro pretio animę, & quam ſponte & arbitrio cordis ſui inferunt in templum Domini, accipiant Sacerdo-2.Par.31.b tes iuxta ordinem ſuum. Præcepit etiam Ezechias Rex Iuda populo habitantium in Ieruſalem, vt derent partes Sacerdotibus & Leuitis, vt poſſent vacare legi Dominici. Quid vlteriùs commemorari oportet Alexandrum Magnum, qui multis priuilegiis & immumunitatibus totam Iudæorum gentem

eſt proſecutus: vti diffuſè narrat Ioſep. anti. Iud. lib. 11.? Et non ſolùm Iure Diuino veteri, vt etiam eſt apud Malachiam, Inferte omnẽ decimam in horreum meum (inquit Dominus) vt ſit cibus in domo mea: verumetiam Iure diuino nouo noſtra procedit concluſio. Quotquot enim erant poſſeſſores domorum (vt ſuperiùs diximus) aut agrorum, vendentes afferebant pretia eorum, quæ vendebant: & ponebant ante pedes Apoſtolorum. *Malac.3.c.* *Act.4.g.*

18 Iure prætereà humano demonſtremus, qua via procedat concluſio. Priuilegia Eccleſiaſticæ libertati conceſſa patent per diſcurſum tit. Cod. de ſa. ſan. Eccle. & de Epi. & cler. hiſce verbis. Generaliter ſanximus, Reuerendiſſimos Epiſcopos, Subdiaconos, & præcipuè Monachos (licet nõ ſint Clerici) immunitatẽ ipſo Iure habere, ſiue tutelæ, ſiue teſtamẽtariæ, ſiue legitimæ, ſiue datiuæ: & nõ ſolũ tutelæ vel curæ pupillorũ, vel adultorũ, ſed etiã furioſi, muti, & aliarũ perſonarũ: nõ ſolùm in hac Regia ciuitate, ſed in omni terra, vbicunq; Chriſtianorum colitur nomen: etiã nouarum collationũ

& ſordidorũ munerum acceperunt immunitatem. Vnde Cõſtantinus cunctis ſcribit Clericis, Iuxta ſanctionem, quam dudum meruiſſe perhibemini, nullus fundos & mancipia veſtra nouis collationibus obligabit: ſed vacatione gaudebitis. Itẽ Imperator Honorius & Theodoſius, Placet rationabilis Concilij tenore perpenſo, diſtincta moderatione perſcribere, à quibus neceſſitatibus ſpecialiter Eccleſiæ vrbium ſingularium habeantur immunes. Prima quippe illius vſurpationis contumelia depellenda eſt: ne prædia vſibus cœleſtium ſecretorum dedicata, ſordidorum munerum fæce vexentur: nihil extraordinarium, ſuperindictúmve flagitetur: nulla ſollicitudo tranſlationis ſignetur. Si quis cõtrauenerit, poſt debitæ vltionis acrimoniam, quæ iure erga ſacrilegos promenda eſt, exilio perpetuæ deportationis mulctetur. Caſſáque & irrita eſſe denuntiantur per totam Italiã omnia ſtatuta, conſuetudinéſque contra libertatem Eccleſiæ, eiúſque perſonas inductas aduerſus Canonicas & Imperiales ſanctiones: & de capitularibus aboleri

mandat noua conſtitutio. Ratio deciſiua iuris illa eſt, Quia relictis omnibus, Dei omnipotentis inhærent miniſteriis: quæ omnia ſacris Canonibus ad verbũ paſſim probare promptum eſt. vt ca. generaliter. 12. can. q. 1. Iure etiam Canonico veriſſima comprobatur noſtra cõcluſio. cap. 1. de im. Eccle. lib. 6. verſ. Statuimus his, qui temporalem exercent iuriſdictionem, Tallias, vel Collectas, perſonis rebúſque Eccleſiaſticis, pro quibuſcunque prædiis & poſſeſſionibus hactenus legitimè & in poſterum acquirendis imponere vel exigere ab eiſdem minimè poſſe. cap. non minus. de vi. & ho. cler. in Anti. Non minùs in diuerſis mundi partibus, ciuitatum rectores, & alij tot onera imponunt Eccleſiis: vt ſub eis conditionis deterioris Sacerdotium factum eſſe videatur, quàm ſub Pharaone fuerit, qui legis diuinæ notitiam non habebat. Ita vt pro ipſis noſtri ſeculi ſacerdotibus Hieremias tam longè antè deplorare videatur, Princeps (inquit ille) Prouinciarum facta eſt ſub tributo. Quod ita accidiſſe, Pragmatica Sanctione Aurelianenſi compertum eſt, vbi *Tren. 1.*

articulo 77. huiuſmodi verba habẽtur: *Et toutes perſonnes Eccleſiaſtiques de quelque condition, ſeront tenues bailler à ferme leurs terres & heritaiges, à fin que le fermier ayde à deſcharger noſtre pauure peuple. Autrement & en faute de ce faire, eux meſmes ſeront cottizez en la taille.* Quæ quidem conſtitutiò præcedẽtia iura omnia tam diuina quàm humana præallegata, & ſequentia nobis citãda funditus deſtruit, abrogat & euertit. cap. 1. de Im. Eccle. li. 6. verſic. Nec etiam liceat illis, ipſas Eccleſias vel perſonas ad alienandum, vel extra manum ſuam ponendũ acquiſita vel quæ deinceps acquirent, coartare.

19 Ampliatur noſtra concluſio: vt neque precibus, neque reſcriptis Regum Eccleſiaſtica libertas infringi poſſit: vt neque conſtitutione Aurelianenſi præallegata. cap. clericis. de Im. eccle. li. 6. verſ. Necnon Imperatores, Reges, Duces, Comites, Officiales, Capitanei quocunque nomine cenſeantur, qui talia impoſuerint, ſeu ſiuerint, arreſtauerint, ſeu occupare præſumpſerint, ſententiam excommunicationis incurrunt: non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis ſub

quibuſcunque tenoribus, formis, aut modis, aut verborum conceptione, contra præmiſſa in nullo volumus ſuffragari. Procedit (inquam) concluſio prædicta: vt Prælatorum huius Regni conſenſu adhibito, Sacerdotij libertas infringi non potuerit, dicto cap. clericis. verſ. Nonnulli Prælati trepidant, vbi non eſt trepidandum: tranſitoriam pacem quærentes talium abuſibus improuidè acquieſcunt. Quod adeò procedit: vt neque prætextu mutui, vel doni nomine, exigere quantitatem prouentuum bonorum Eccleſiæ, neque ſub adiutorij mutui vel ſubſidij nomine, ſeu quouis alio quæſito colore. dicto cap. clericis. Etiam conſilium & fauorem præſtantes, vt talia imponantur Eccleſiaſticis perſonis, excõmunicãtur. tota clemẽ. vnica de Im. eccl. Quod etiã procedit: vt neque perſona vlla cuiuſcunque conditionis cõſentire poſſit talia imponi, neque per ſe, neque per aliũ alieno nomine. cap. quanquã. de cenſ. li. 6. verſ. Cũ igitur Eccleſiaſticæ perſonæ nõ ſolũ iure humano, ſed & diuino à ſecularium perſonarum

exactionibus ſint immunes: prædeceſſor noſter ſtatuit, Eccleſias, Eccleſiaſticáſque perſonas ad pedagia guidagiáque penitus nō teneri. Vt nec Collegiū, nec Vniuerſitas, nec aliqua ſingularis perſona cuiuſcunque dignitatis, à præfatis Eccleſiis, aut rebus per ſe exigat, vel per alium ſuo nomine vel alieno ad ſoluendum compellat. Extenditur præterea: vt neque directè, neque indirectè poſſit libertas Eccleſiaſtica infringi. Quatenus prohibitio dirigatur ad ſubditos, ex qua directè præiudicaretur Clericis, quo ad eorum libertatē: quia mens legis offenderetur. cap. eos qui temporalem. de Im. Eccle. li. 6. Qui temporalē iuriſdictionē exercent, imperant ſuis ſubditis, ne Prȩlatis aut perſonis Eccleſiaſticis aliquid vendant, aut emant aliquid ab eiſdem: neque ipſis bladum molāt, aut coquant panem, aut aliqua obſequia exhibere præſumant: cùm talia in derogationem libertatis Eccleſiaſticæ præſumantur, ſententiam Excommunicationis incurrunt.

20 Procedit quoque eadem Cōcluſio noſtra: Vt neque tales, prætextu igno-

rantiæ

rantiæ, excuſari poſſint: cùm palàm in Miſſarum celebrationibus Eccleſiaſtica publicetur libertas. Clemen. præſenti. de cenſ. Præſenti cōſtitutione iubemus, vt locorum Dioceſani omnino publicent, vel à ſuis ſubditis tandiu faciant publicari, donec exacta reſtituant. Cùm igitur ſit hoc ius per prædictas publicationes omnibus notorium: latæ culpæ eſt ſimulare, quod omnes ſciunt ac intelligunt. l. latæ culpæ. de ver. & re. ſig. Item extenditur: vt neque Epiſcopo, Presbytero, Diaconóve liceat prædium Eccleſię magnum vel exiguum alienare, aliàs honore ſuo priuatur. ca. quicunque. 17. can. q. 4. Quicunque Epiſcoporum, Presbyterorum, Diaconorúmve oblitus Dei, prædiū Eccleſiæ exiguum vel magnum, vel quicquam de iure Eccleſiæ alienare tentauerit: & donator, & alienator, & venditor honoris ſui amiſſione mulctetur. Itémque procedit: vt pro rebus, quas deferunt, aut deferri faciūt, non negotiandi cauſa, tributa ſoluere minimè teneātur: dicto cap. quanquam. de cenſ. li. 6. Cæterùm extenditur concluſio & circa immunitatem fori:

Luc. 10.*a.* meſſis, vt plures mitteret operarios in meſſem ſuam, dicentes, Meſſis quidem multa: operarij autem pauci. Et ideò conſtituti ſunt ſeptuaginta duo diſcipuli: in quorum locum ſucceſſerunt Curati, & parœciarum rectores, tanquam minores Sacerdotes.

14 Vt autem temporalium bonorum, quæ Eccleſia ac Sacerdotes Euangelici non pauca iam poſſident, origo, finis & vſus veriùs intelligatur, à Chriſti Apoſtolorúmque temporibus noſtra repetenda eſt narratio. Ex ſacris Euangeliis clariſſimè conſtat, Chriſtum facultates nonnullas ſaltẽ pecuniarias, & eleemoſinas, quamuis pertenues, vnde ſibi ſuiſque nonnunquam victum pararet, habuiſſe. ca. habebat. 12. can. q. 1. Habebat loculos, à fidelibus oblata conſeruans, & ſuorum neceſſitatibus, & aliis indigentibus tribuebat. Mortuo autem & paſſo, ac poſt reſurrectionem in cœlum ſublato Chriſto, Apoſtoli eius non mediocrem pecuniæ vim poſſediſſe leguntur: vt quanuis eſſet inter eos ingens hominum multitudo, tamen inter eos egens viſus eſt nullus. Multitudinis e-

Mat. 14.*b.* 15 *d.*
Ioan. 4.*a.* 12.*b.* 13.*c.*

nim credentium erat cor vnum, & anima vna. Nec quiſquam eorum, quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat: ſed erant illis omnia communia. Et quotquot erant poſſeſſores agrorum, vendẽtes afferebant pretia: & ponebant ante pedes Apoſtolorum, diuidebaturq; ſingulis, prout cuique opus erat. Hæc omnia referuntur à D. Clemente, vt ex eius epiſtola apparet in ca. dilectiſſimis. 12. cã. q. 1. Quòd autem ex prædiorum venditione pecuniam conferre ſecum maluerint, quàm prædiorũ ſuorum fructus ſibi retinere, & ex ipſis in communi viuere, factum creditur: quòd proſpicerẽt Apoſtoli, & præuiderent Eccleſiam à Iudæa ad Gentes breui pòſt tempore transferendam eſſe: & ideò prædia in Iudæa habere aut poſſidere noluerunt, ſed pretia duntaxat, ad fouendos & alendos egentes ca. futuram. 12. can. q. 1. Qualis igitur & quantus fuerit temporalium bonorum Eccleſiæ vſus temporibus Apoſtolorum, abundè pro ſuſcepto negocio dixiſſe arbitramur. *Act. 4. g.*

15 Cæterùm, poſt Apoſtolorũ ex hoc ſeculo deceſſum, & in cœlum tranſla-

tionem: Sacerdotes & reliqui fideles per vniuerſum orbem diſperſi, vtilius fore putauerunt, hæreditates & agros, quos priùs vendebant, Eccleſiis, quibus præſidebant Epiſcopi, tradere. dicto ca. dilectiſſimis. verſ. At verò cùm inter turbines & aduerſa mundi ſuccreſceret Eccleſia; ad hoc vſque peruenit, vt non ſolùm Gentes, ſed etiam Romani Principes, qui totius orbis Monarchiam tenebant, ad fidem Chriſti per baptiſmi ſacramenta concurrerēt. E quibus vir religioſiſſimus Conſtantinus. 1. fidem veritatis adeptus, licentiam per vniuerſum orbem ſuo degentibus ſub Imperio, non ſolum Chriſtianos fieri; ſed etiam Eccleſias ædificandi: & prædia conſtituit tribuenda. Hincque factum eſt, vt ab illo tempore viri religioſiſſimi, qui ante Conſtantini tempora (Tyrannorū paulatim cedente ferocia) non tantùm poſſeſſiones & prædia, quæ poſſidebant, verumetiam ſemetipſos Domino conſecrarint: Eccleſias ſiue Baſilicas & Monaſteria per ſingulas ciuitates ædificauerint, etiam in propriis fundis, & ſuis ſumptibus. 15. diſt. cap. 1. Quòd autem

Baſilicarum conſtructio ſit de Iure diuino, habetur è veteri teſtamento. Iudæi nanque loca, vbi Domino ſacrificabant, diuinis habebant ſupplicationibus conſecrata: nec alibi, quàm in locis Deo dicatis illi munera offerebant. Si igitur Iudæi, qui legis vmbræ ſolùm deſeruiebant, domum Deo ſanctè dedicare tam ſtudioſè curabant: quantò magis nos, quibus veritas patefacta eſt, & gratia per Ieſum Chriſtum data, templa Domino ædificare, & quàm poſſumus optimè & ſanctiſſimè diuinis precibus, cum vaſis, veſtibus, & aliis ornamẽtis ad diuinum cultum pertinentibus, dicare & ſanctificare debemus?

3. Reg. 8. b
2. Par. 6.
a. 1. Eſd. 1. a. b. c.
1. Mac. 4. g.
Ioan. 1. b.

16 Veruntamen (vt ad inſtitutum redeam) earum rerum donationes & oblationes, quas Epiſcopis tradebant fideles Epiſcopi ipſi in ſua poteſtate non habebant. Quod etiam præcipiunt canones Apoſtolorum. ca. peruenit. 16. can. q. 7. Peruenit ad nos, quòd quidã Epiſcopi, non Sacerdotibus propriæ Dioceſis decimas, atque Chriſtianorum oblationes conferunt: ſed potiùs militum perſonis, vel conſanguineis.

Vnde ſi quis Epiſcopus amodò fuerit huius diuini præcepti tranſgreſſor inuentus:inter hæreticos maximus habeatur. Quapropter antiquitus fiebat huiuſmodi prædiorum & bonorum Eccleſiæ collatorum diſtributio Clericis & Miniſtris Eccleſiarum:quorum erat (vt plurimùm) communis vita & conuerſatio, ca.non dicatis.12.can.q.1. Non dicatis vos habere proprium, cùm omnia vobis ſint communia. Eóque tempore tot & tantæ conferebantur Eccleſiis diuitiæ,vt inde pauperes omnes alerentur: eáque cura mandabatur Epiſcopis, quòd eorum erga pauperes ſtudium tũc omnibus perſpectum eſſet. l. 1. Cod. de Epi.audi. verſ. Chriſtiani, quibus verus cultus eſt, adiuuare pauperes & poſitos in neceſſitate prouideant Epiſcopi. Et idcirco bona Eccleſiæ paſſim in veteribus canonibus Pauperum patrimonia dicuntur.ca. Quia iuxta ſanctorum patrũ traditionẽ nouimus res Eccleſiæ vota fidelium eſſe, & pretia peccatorum, atque pauperum patrimonia: cuique habita nõ ſolùm conferre,verùm etiam Deo opitulante conferre optamus.

17 Sit igitur Iuris certiſſima concluſio, vt Sacerdotiũ, ipſiúſque Libertas ac dignitas tributis, vectigalibus, ac cæteris Reipub. communibus oneribus fatigari non poſſit: imò priuilegiis omnibus & libertatibus debet donari. Cuius immunitatis teſtis eſt locupletiſſimus Moyſes, dicens, Emit Ioſeph omnem terram Ægypti, vſque ad extremos fines eius: pręter terram Sacerdotum, quę à Rege tradita fuerat eis: quibus & ſtatuta cibaria ex publicis horreis præbebantur. Idcirco non ſunt compulſi vẽdere poſſeſſiones. & poſt pauca idẽ, Ex eo (inquit) tẽpore vſque in præſentem diem, in vniuerſa terra Ægypti quinta pars Regibus ſoluitur, & factum eſt quaſi in legem: abſque terra Sacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit. Item Artaxerxes Rex Regum, fiſci Regis & arcæ publicæ Cuſtodibus, qui ſunt trans flumen, Vobis (inquit) notum facimus de vniuerſis Sacerdotibus, Leuitis & Cãtoribus, Ianitorib⁹ & Miniſtris domus Dei huius, vt vectigal, & tributum, & annonas non habeatis poteſtatem imponendi eis. Idẽ quoque Rex, Cuſtodibus theſaurorum

Gen. 47.e.

Ibid. f.

1. Eſd. 7. d

3.Eſd.8.b. Syrię & Phœnicis, Vobis(inquit)dicitur, vt omnibus Sacerdotibus & Leuitis, & ſacris Cantoribus, & ſeruis templi,& ſcribis templi huius nullum tributum, neque vlla alia indictio irrogetur: nec habeat quiſquam poteſtatem obiicere eis quicquam. Pręcepit etiam Dominus
Nu.35.a. Moyſi, dicens, Præcipe filiis Iſraël, vt dent Leuitis de poſſeſſionibus ſuis vrbes ad habitandum, & ſuburbana ea-
Ioſu.21.a. rum ad manendum. Dederuntque filij Iſraël Leuitis ciuitates,& ſuburbana ea-
4.Reg.12.a. rũ, ſicut præcepit Dominus. Dixit quoque Ioas Rex ad Sacerdotes, omnem pecuniam ſanctorum, quæ illata fuerit in templum Domini à prætereuntibus, quæ offertur pro pretio animę,& quam ſponte & arbitrio cordis ſui inferunt in templum Domini, accipiant Sacerdo-
2.Par.31.b tes iuxta ordinem ſuum. Præcepit etiam Ezechias Rex Iuda populo habitantium in Ieruſalem, vt derent partes Sacerdotibus & Leuitis, vt poſſent vacare legi Dominici. Quid vlteriùs commemorari oportet Alexandrum Magnum, qui multis priuilegiis & immumunitatibus totam Iudæorũ gentem

eſt proſecutus: vti diffuſè narrat Ioſep. anti. Iud. lib. 11.? Et non ſolùm Iure Diuino veteri, vt etiam eſt apud Malachiam, Inferte omnẽ decimam in horreum meum (inquit Dominus) vt ſit cibus in domo mea: verumetiam Iure diuino nouo noſtra procedit concluſio. Quotquot enim erant poſſeſſores domorum (vt ſuperiùs diximus) aut agrorum, vendentes afferebant pretia eorum, quæ vendebant: & ponebant ante pedes Apoſtolorum. *Malac.3.c.* *Act.4.g.*

18 Iure prætereà humano demonſtremus, qua via procedat concluſio. Priuilegia Eccleſiaſticæ libertati conceſſa patent per diſcurſum tit. Cod. de ſa. ſan. Eccle. & de Epi. & cler. hiſce verbis. Generaliter ſanximus, Reuerendiſſimos Epiſcopos, Subdiaconos, & pręcipuè Monachos (licet nõ ſint Clerici) immunitatẽ ipſo Iure habere, ſiue tutelę, ſiue ţeſtamẽtariæ, ſiue legitimæ, ſiue datiuæ: & nõ ſolũ tutelæ vel curæ pupillorũ, vel adultorũ, ſed etiã furioſi, muti, & aliarũ perſonarũ: nõ ſolùm in hac Regia ciuitate, ſed in omni terra, vbicunq; Chriſtianorum colitur nomen: etiã nouarum collationũ

& ſordidorũ munerum acceperunt immunitatem. Vnde Cõſtantinus cunctis ſcribit Clericis, Iuxta ſanctionem, quam dudum meruiſſe perhibemini, nullus fundos & mancipia veſtra nouis collationibus obligabit: ſed vacatione gaudebitis. Itẽ Imperator Honorius & Theodoſius, Placet rationabilis Concilij tenore perpenſo, diſtincta moderatione perſcribere, à quibus neceſſitatibus ſpecialiter Eccleſiæ vrbium ſingularium habeantur immunes. Prima quippe illius vſurpationis contumelia depellenda eſt: ne prædia vſibus cœleſtium ſecretorum dedicata, ſordidorum munerum fæce vexentur: nihil extraordinarium, ſuperindictúmve flagitetur: nulla ſollicitudo tranſlationis ſignetur. Si quis cõtrauenerit, poſt debitæ vltionis acrimoniam, quæ iure erga ſacrilegos promenda eſt, exilio perpetuæ deportationis mulctetur. Caſſáque & irrita eſſe denuntiantur per totam Italiã omnia ſtatuta, conſuetudinéſque contra libertatem Eccleſiæ, eiúſque perſonas inductas aduerſus Canonicas & Imperiales ſanctiones: & de capitularibus aboleri

mandat noua conſtitutio. Ratio deciſiua iuris illa eſt, Quia relictis omnibus, Dei omnipotentis inhærent miniſteriis: quæ omnia ſacris Canonibus ad verbũ paſſim probare promptum eſt. vt ca. generaliter. 12. can. q. 1. Iure etiam Canonico veriſſima comprobatur noſtra cõcluſio. cap. 1. de im. Eccle. lib. 6. verſ. Statuimus his, qui temporalem exercent iuriſdictionem, Tallias, vel Collectas, perſonis rebúſque Eccleſiaſticis, pro quibuſcunque prædiis & poſſeſſionibus hactenus legitimè & in poſterum acquirendis imponere vel exigere ab eiſdem minimè poſſe. cap. non minus. de vi. & ho. cler. in Anti. Non minùs in diuerſis mundi partibus, ciuitatum rectores, & alij tot onera imponunt Eccleſiis: vt ſub eis conditionis deterioris Sacerdotium factum eſſe videatur, quàm ſub Pharaone fuerit, qui legis diuinæ notitiam non habebat. Ita vt pro ipſis noſtri ſeculi ſacerdotibus Hieremias tam longè antè deplorare videatur, Princeps (inquit ille) Prouinciarum facta eſt ſub tributo. Quod ita accidiſſe, Pragmatica Sanctione Aurelianenſi compertum eſt, vbi *Tren. 1. a*

articulo 77. huiuſmodi verba habētur: *Et toutes perſonnes Eccleſiaſtiques de quelque condition, ſeront tenues bailler à ferme leurs terres & heritaiges, à fin que le fermier ayde à deſcharger noſtre pauure peuple. Autrement & en faute de ce faire, eux meſmes ſeront cottizez en la taille.* Quæ quidem conſtitutio præcedētia iura omnia tam diuina quàm humana præallegata, & ſequentia nobis citāda funditus deſtruit, abrogat & euertit.cap.1.de Im.Eccle. li. 6.verſic. Nec etiam liceat illis, ipſas Eccleſias vel perſonas ad alienandum, vel extra manum ſuam ponendū acquiſita vel quæ deinceps acquirent, coartare.

19 Ampliatur noſtra concluſio: vt neque precibus, neque reſcriptis Regum Eccleſiaſtica libertas infringi poſſit: vt neque conſtitutione Aurelianenſi præallegata. cap. clericis. de Im. eccle. li.6. verſ. Necnon Imperatores, Reges, Duces, Comites, Officiales, Capitanei quocunque nomine cenſeantur, qui talia impoſuerint, ſeu ſiuerint, arreſtauerint, ſeu occupare præſumpſerint, ſententiam excommunicationis incurrunt: non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis ſub

quibuſcunque tenoribus, formis, aut modis, aut verborum conceptione, contra præmiſſa in nullo volumus ſuffragari. Procedit (inquam) concluſio prædicta: vt Prælatorum huius Regni conſenſu adhibito, Sacerdotij libertas infringi non potuerit, dicto cap. clericis. verſ. Nonnulli Prælati trepidant, vbi non eſt trepidandum: tranſitoriam pacem quærentes talium abuſibus improuidè acquieſcunt. Quod adeò procedit: vt neque prætextu mutui, vel doni nomine, exigere quantitatem prouentuum bonorum Eccleſiæ, neque ſub adiutorij mutui vel ſubſidij nomine, ſeu quouis alio quæſito colore. dicto cap.clericis. Etiam conſilium & fauorem præſtantes, vt talia imponantur Eccleſiaſticis perſonis, excõmunicãtur. tota clemẽ. vnica de Im.eccl. Quod etiã procedit:vt neque perſona vlla cuiuſcunque conditionis cõſentire poſſit talia imponi,neque per ſe,neque per aliũ alieno nomine. cap. quanquã.de cenſ.li.6.verſ.Cũ igitur Eccleſiaſticæ perſonæ nõ ſolũ iure humano, ſed & diuino à ſecularium perſonarum

exactionibus ſint immunes: prædeceſſor noſter ſtatuit, Eccleſias, Eccleſiaſticáſque perſonas ad pedagia guidagiáque penitus nõ teneri. Vt nec Collegiũ, nec Vniuerſitas, nec aliqua ſingularis perſona cuiuſcunque dignitatis, à præfatis Eccleſiis, aut rebus per ſe exigat, vel per alium ſuo nomine vel alieno ad ſoluendum compellat. Extenditur præterea: vt neque directè, neque indirectè poſſit libertas Eccleſiaſtica infringi. Quatenus prohibitio dirigatur ad ſubditos, ex qua directè præiudicaretur Clericis, quo ad eorum libertatẽ: quia mens legis offenderetur. cap. eos qui temporalem. de Im. Eccle. li. 6. Qui temporalẽ iuriſdictionẽ exercent, imperant ſuis ſubditis, ne Prę-latis aut perſonis Eccleſiaſticis aliquid vendant, aut emant aliquid ab eiſdem: neque ipſis bladum molãt, aut coquant panem, aut aliqua obſequia exhibere præſumant: cùm talia in derogationem libertatis Eccleſiaſticæ præſumantur, ſententiam Excommunicationis incurrunt.

20 Procedit quoque eadem Cõcluſio noſtra: Vt neque tales, prætextu ignorantiæ

rantiæ, excuſari poſſint: cùm palàm in Miſſarum celebrationibus Eccleſiaſtica publicetur libertas. Clemen. præſenti. de cenſ. Præſenti cõſtitutione iubemus, vt locorum Dioceſani omnino publicent, vel à ſuis ſubditis tandiu faciant publicari, donec exacta reſtituant. Cùm igitur ſit hoc ius per prædictas publicationes omnibus notorium: latæ culpæ eſt ſimulare, quod omnes ſciũt ac intelligunt. l. latæ culpæ. de ver. & re. ſig. Item extenditur: vt neque Epiſcopo, Presbytero, Diaconóve liceat prædium Eccleſię magnum vel exiguum alienare, aliàs honore ſuo priuatur. ca. quicunque. 17. can. q. 4. Quicunque Epiſcoporum, Presbyterorum, Diaconorúmve oblitus Dei, prædiũ Eccleſiæ exiguum vel magnum, vel quicquam de iure Eccleſiæ alienare tentauerit: & donator, & alienator, & venditor honoris ſui amiſſione mulctetur. Itémque procedit: vt pro rebus, quas deferunt, aut deferri faciũt, non negotiandi cauſa, tributa ſoluere minimè teneãtur: dicto cap. quanquam. de cenſ. li. 6. Cæterùm extenditur concluſio & circa immunitatem fori:

vt perſonæ Eccleſiaſticæ coràm iudice laico conuehiti non poſſint; etiam volentes: ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter agatur. cap. 2. de for. comp. in Anti. Nullus Iudicum neq; Presbyterum, neque Diaconum, vel Clericum vllum (ſine permiſſu Pontificis) condemnare præſumat. Nec fruſtrà dictum eſt, Volentes: quia huic Priuilegio, pacto priuatorum, derogari non poteſt. cap. ſi diligenti. de for. comp. in Anti. verſ. Manifeſtè patet, quòd non ſolùm inuiti, ſed nec etiam voluntarij paciſci poſſunt, vt iudicia ſubeant ſecularia: cùm non ſit beneficium perſonale, cui renunciari valeat: ſed potiùs toti Collegio Eccleſiaſtico publicè indultum, cui priuatorum pacto derogari non poteſt. Etiam confeſſio facta ab ipſis nullius eſt momenti. cap. at ſi clerici. de iudiciis in Anti. At ſi clerici coràm Iudice ſeculari conuicti fuerint, vel confeſſi de crimine: non ſunt propter hoc à ſuo Epiſcopo condemnandi. Tamen ſi ſit caſus priuilegiatus: debet remitti corã iudice Eccleſiaſtico, vocato procuratore Regio. cap. ſi Iudex. de ſenten. excom. li. 6.

verſic. vocato tamen Procuratore Regio, vel alio, cuius intereſt. Inſuper etiam in ciuilibus extenditur: vt clericus ſuum manuale appoſitum in quadam ſchedula, coram Iudice laico recognoſcere non cogatur. cap. ſeculares. de for. comp. li. 6. Seculares iudices, quibus nulla competit iuriſdictio in hac parte, perſonas Eccleſiaſticas ad ſoluendum debita (ſi contra ipſas exhibeantur literæ) damnabili præſumptione compellunt. A temeritate huiuſmodi, per locorum Ordinarios, cēſura Eccleſiaſtica decernimus compellendos. Ratio quidē Iuris hæc eſt: quia in perſonalibus actionibus, clerici corā ſuo iudice ſunt cōueniēdi. xi. can. q. 1. verſ. Siquis cōtra aliquē clericū cauſam habuerit: Epiſcopū ei⁹ adeat, ca. ſiqui. eād. can. & q. Siqui ex fratrib⁹ negotia habēt inter ſe apud cognitores ſeculi nō iudicētur. Nullus Diaconus vel Presbyter propter aliquā cauſam intret in curiā, nec ſuā cauſā ante ciuilē iudicē dicere præſumat: etiāſi iniuria facta ſit Sacerdotib⁹, impunè vindicari poterit. Ant. ſiqua. Cod. de Epi. & cler. verſ. Sitq; cunctis laudabile, atroces iniurias

Sacerdotibus factas, veluti crimen publicum perſequi: ac de talib⁹ vltionē ſumere. Extēditur etiam: quod Laici vſurpantes iura Eccleſiaſtica, tanquam ſacrilegi reputantur. cap. conqueſtus. de fo. comp in Anti. verſ. Cùm autē valde iniquum ſit ea, quæ collata ſunt pro remedio peccatorum venerabilibus Eccleſiis relicta, aliis vſibus applicari. Propter quod inuaſores ipſarum rerum, tánquam Sacrilegi ſunt vſque ad finem congruam Anathemati ſupponendi.

21 Extenditur quoque in veſtimentis Sacerdotū: quæ etiam manibus Laicorum attrectari prohibentur. cap. veſtimenta. de conſecr. diſt. 1. Veſtimenta Eccleſiæ, quibus Domino miniſtratur, ſacrata eſſe debent & hóneſta: quibus, aliis vſibus non debent frui, quàm Eccleſiaſticis, & dignis Deo officiis. Dicuntur autem laicorum manibus attrectari duobus modis. Primò, ſi Laici Sacerdotum veſtimentis obuolui mortui voluerint. cap. nemo per ignorantiam. ead. diſt. Secundò, manibus Laicorum attrectari dicuntur, ſi nuptiarum ornatibus commodantur. cap. ad nuptiarum

ead. diſt. Ad nuptiarum ornatum diuina miniſteria non præſtentur: ne dum improborum tactu vel pompa ſecularis luxuriæ polluũtur, ad officium ſacri miniſterij videantur indigna. Ratio autem illa eſt. Quia ſicuti Patricij Conſules veſtibus & dignitatibus ornantur: ſic & Clerici. cap. Conſtantinus. 96. diſt. toto cap. & verſ. Sicut Imperialibus extat decorata militia: ita Clerum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ adornari decreuimus. Procedit etiam: vt ligna Eccleſiæ dedicata, non debeant vſibus Laicorum donari, & ſi vetuſtate conſumpta fuerint, debent potiùs comburi. cap. ligna. ead. diſt. Poſtremò, extenditur concluſio: vt tempore Prelati perperam adminiſtrantis non currat præſcriptio rei Eccleſiaſticæ. ca. clerici. 6. can. q. 1. Clerici quantuncunque diuturnitatis tẽpore de Eccleſiæ remuneratione aliqua poſſederint, in ius proprium præſcriptione temporis non reuocentur. Ratione quoque hoſtilitatis preſcribi non poſſunt res Eccleſiaſticæ. ca. ſacerdotes. 6. can. q. 3. verſic. Siue quæ metu hoſtilitatis interueniente, diutius poſſeſſa fuerũt, præſcribi

non poſſunt. Quibus præallegatis expoſita eſt regula iuris, cuius tenor ſequitur, Semel Deo dedicatũ nõ eſt amplius ad humanos vſus transferendum. Procedit etiam: vt quicquid Clerici ex ſua induſtria, vel artificiolo, aut agricultura acquiſierint, pauperibus debẽt dari, nõ autem parentibus, neque ioculatoribus. l. ſi quis ad declinandũ. Co. de Epi. & cler. & cap. clericus. 92. diſt. Procedit etiã: vt Clerici in inſtrumentis conficiendis ad teſtimoniũ non vocẽtur. ca. quanquã 14 can. q. 2. Quanquã Sacerdotũ teſtimoniũ credibile habeatur: tamẽ in ipſis ſecularib⁹ negotiis, pro cõficiendis inſtrumentis ad teſtimoniũ nõ rogentur, quia eos talibus rebus intereſſe non cõuenit.

22 Concluditur igitur, quod Clericorum quarumlibet diœceſum, Principis laicorúmve Pragmatica ſanctione Aurelianenſi edita, & hîc ſuperius enarrata, Eccleſiaſtica libertas ſubuerti, vti per illã planè ſubuerſa cernitur, nec potuit, nec debuit. Quod etiam dictat ipſa nominis ratio. Clerici enim à cleros, quod eſt ſors vel hæreditas, appellantur: quia in ſua ordinatione vel aſſumũtur in

hæreditatẽ Domini, vel aſſequuntur hæreditatẽ in ipſo, vt verè pſallere poſſint, cũ pſalmiſta dicẽte, Dominus pars hæreditatis meæ: Ideò digni ſunt, qui Eccleſiæ ſtipendiis ſuſtententur: in quã & per quã diuinis adſcribũtur officiis. cap. cũ ſecundũ Apoſtolũ. de preb. & dignitat. in Anti. Et ratio, quare laici nõ poſſunt ſtatuere cõtra perſonas Eccleſiaſticas, habetur in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. de cõſti. in Anti. verſ. Nos attẽdẽtes, quòd religioſis ſuper Eccleſiis, Eccleſiaſticíſque perſonis nulla ſit attribuenda facultas ſtatuẽdi, quos obſequendi manet neceſſitas, non autoritas imperandi, à quibus ſi quid nutu proprio ſtatutum fuerit, etiam quòd reſpiciat fauorem & cõmodũ Eccleſiæ, nullius extat roboris, niſi ab Eccleſia fuerit roboratum & approbatũ. Comprobatur cap. cũ laicis. de reb. Eccl. ali. vel nõ. Cùm laicis quamuis religioſis diſponendi de rebus Eccleſiaſticis, nõ ſit attributa facultas, quos obſequendi manet neceſſitas, non autoritas imperandi: immunitatem Eccleſiaſticæ libertatis (quam non tantum ſancti Patres, ſed etiam ſeculares principes Pſ. 15.

priuilegiis multis munierunt) non formidant ſuis conſtitutionibus, vel potiùs deſtitutionibus impugnare, non ſolùm de alienatione feudorum, ac aliarum poſſeſſionum. Conſtitutiones itaque & venditiones huiuſmodi feudorum, ſine legitimo perſonarum Eccleſiaſticarum aſſenſu præſumptas occaſione conſtitutionis, (cùm non conſtitutio, ſed deſtructio dici poſſit) decernimus non tenere. Nec etiam Rex talem iure condere legem poteſt, cùm ſit ipſius Eccleſiæ filius, & non è Patrum & Præſulum eius cathalogo vnus. cap. ſi Imperator. 96. diſt. Si Imperator catholicus eſt (quod ſalua pace ipſius diximus) quò ad religionem competit, ei diſcere conuenit, non autem docere: Sacerdotes enim ſunt Regum Magiſtri. cap. quis dubitet. 96. diſt. Quis dubitet Sacerdotes Chriſti, Regum Principúmque ac omnium fidelium Patres & Magiſtros cenſeri? Item ratio ſuperioris rationis habetur in cap. lege Imperatorum. 10. diſt. verſ. Imperiali iudicio non poſſunt Iura Eccleſiaſtica diſſolui. cap. boni Principis 96. diſt. Boni Principis eſt ac religioſi

Eccleſias concuſſas reſtaurare, nouáſque ædificare, & Dei Sacerdotes honorare ac tueri. Ratio (inquam) huius proximæ illa eſt, quia Principes Eccleſiaſticis legibus aſtringuntur. cap. bene quidem. 96. diſt. Bene quidem fraternitas veſtra, quæ Eccleſiaſticis legibus eſt ſubiecta, ſub timore diuini iudicij, quæ ſtatuenda erant, definiuit.

23 Si igitur Eccleſiaſticis legib⁹ aſtringantur Principes: quomodo eas pro libito abrogare poterunt? Quinimò Clerici omnes (ſpretis huiuſmodi conſtitutionibus, quibus Prælati compelluntur prædia & alia Eccleſiaſtica bona vendere & alienare) debent eſſe ſimiles Naboth: qui vineam ſuam proprio ſanguine defendit. ca. conuenior. 23. can. q. 8. verſic. Sanctus Naboth vineã ſuam proprio ſanguine defendit. Si enim ille vineam non tradidit ſuam: nos trademus Eccleſiam Dei? abſit, vt hæreditatem fideliũ retro Epiſcoporum tradam. Scriptum eſt, quæ ſunt Cæſaris, reddite Cęſari: & quæ ſunt Dei, Deo. Tributum eſt Cæſaris, non negatur: Eccleſia Cæſari non debetur. Ratio Iuris canoni- 3. Reg. 21. d.

ci deciſiua, qua res Eccleſiaſticæ alienari prohibentur, hæc eſt: quia bona ſunt pauperum (vt ſuperiùs dictum fuit) quibus alũtur. Et qui patitur eos fame mori, eorum bona alienando, necare cenſetur. ca. aurum. 12. can. q. 2. & ſequent. Et vt ad eos, qui cum Naboth pro Chriſti vinea, id eſt, Eccleſiæ defenſione ſanguinem fundere veriti non ſunt, redeamus: Diuus Thomas Canthuarienſis Epiſcopus pro Eccleſiaſtica libertate (vt etiam recitat Carion in Chronic. li. 3) anno Dom. 1170. mortem paſſus eſt. D. quoq; Laurentius potiùs mortẽ oppetere crudeliſſimam maluit, quàm Eccleſiæ theſauros Imperatori tradere: quos pauperibus diſperſit, vt lib. Off. 1. cap. 4. ſcribit B. Ambroſius, qui vitam eius deſcribit. Proprium enim fuit Hæreticorũ eccleſiam ſpoliare. Ioannes Hus in Boëmia in fauorem nobilium ſuaſit bona eccleſiaſtica ab eccleſiaſticis perſonis eripienda.

24 Quibus præallegatis authoritatibus ſatis probatum eſſe videtur, quod Pragmatica Aurelianenſi conſtitutione citra autoritatem Romani Pontificis edita & publicata, Eccleſiaſtica li-

bertas per contemptum ſubuerti non potuit. Quia qui ſacroſanctæ ſedi Apoſtolicæ obedire contemnit, Deum contemnere conuincitur. Domino dicente, qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Quãdoquidem non ſolùm in nouo Teſtamento, verumetiam in veteri quondam puniebantur Principibus Eccleſię inobedientes. Qui ſuperbierit, (inquit Dominus ad Moyſen) nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo: ex decreto iudicis morierur homo ille, & auferes malũ de Iſraël: cunctúſq; populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia. Et inſuper huiuſmodi autoritatis Petro ſuíſque ſucceſſoribus in ſede Apoſtolica conſtitutis conceſſæ ratio pendêre videtur è verbo Domini (quod factum eſt ad Ieremiam Prophetam, qui fuit filius Helcię, de Sacerdotibus, qui fuerunt in Anathoth, in terra Beniamin) dicẽtis, Ecce, dedi verba mea in ore tuo: ecce, cõſtitui te hodie ſuper gẽtes, & ſuper Regna: vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes: & ædifices, & plãtes. Et hęc poteſtas retinet' in

Luc. 10.c.

Deut. 17.c.

Hier. 1.a.

Sacerdotibus,qui ſunt vocati in partem ſolicitudinis.ca.qui ſe ſcit.2.can.q.6.

25 Cōcludimus ergo iterum,Regem ſua Pragmatica ſanctione Aurelianenſi non potuiſſe legem condere aduerſus perſonas Eccleſiaſticas, Romano Pontifice incōſulto. Nec abs re. Cùm Principes etiam ipſi priuilegia Eccleſiis ab anteceſſoribus ſuis olim conceſſa non violari, ſed in perpetuum ſeruari voluerint.l.priuilegia.Cod.de ſacroſan. Eccl. Quinimò, ſi in contrarium ab aliquo Principe emanauerint Reſcripta fauore gratiæ vel ambitionis, nullius penitus ſunt momenti. dicta.l. priuilegia. Quia ſic quælibet natio & Regnum,introducere nouum quemuis ordinem Hierarchicum in Eccleſia Dei, & illum firmiter conſtituere, ac ſummo iure conſeruare niteretur: vnde tandem quotidie innumera ſuborirentur ſchiſmata,quod plurimùm improbat Apoſtolus,dicens,

1.Cor.1.b. Obſecro autem vos (fratres) per nomē Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt idipſum dicatis omnes,& non ſint in vobis ſchiſmata. Quibus prædictis tenendum & concludēdum eſt, non eſſe licitum Re-

gibus Sacerdotum vſurpare iura. cap. imperium. 10. diſt. Imperium veſtrum ſuis Reipub. quotidianis negotiis contentum eſſe debet:& non vſurpare, quæ ad Sacerdotes Domini cõueniunt, cùm Sacerdotium priùs inſtitutũ fuerit, poſtea Deo permittente Regalis poteſtas ordinata legitur. Videlicet quando Dominus dixit ad Samuelem, Audi vocem populi in omnibus, quæ loquuntur tibi. *1.Reg.8.b.*
&c. Et poſt pauca.& conſtitue ſuper eos *d.*
Regem. Et deinde. Veruntamen conteſtare eos,& prædic eis ius Regis, qui regnaturus eſt ſuper eos.

26 Vera eſt igitur noſtra concluſio: qua Eccleſiaſticam libertatem inuiolabilem eſſe aſſerimus. Priuilegia Clericorum latè enumerat Steph. Aufred. in repetitione Cle.1.de offi.ordi. Ratio autem cõcluſionis noſtræ deciſiua eſt hæc, quia precibus Sacerdotum remiſſionem peccatorum, & omnem ſalutem obtinemus. Inter veſtibulum & altare (inquit Ioël) plorabunt Sacerdotes, mini- *Ioel.2.d.*
ſtri Domini, & dicent, Parce Domine, parce populo tuo.&c. Et reſpondit Do- *Ibid.e.*
minus, & dixit populo ſuo, Ecce, ego

mittam vobis,frumentum, & vinum,&
oleum,& replebimini in eis : & non dabo vos vltra in opprobrium in Gẽtibus.
Iaco.5.c. Quod etiã ex ſententia B.Iacobi oſtenditur,dicentis,infirmatur quis in vobis? Inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum,vngẽtes eum oleo, in nomine Domini:& oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & ſi in peccatis ſit, dimittentur ei. Quanto
Eccl.7.d. præterea digni ſint honore Sacerdotes, docet Sapiẽs, in tota (inquit) anima tua time Dominũ, & Sacerdotes illius ſanctifica. In omni virtute tua dilige eum, qui te fecit: & miniſtros eius ne derelinquas. Honora Deum ex tota anima tua
Mat.8.a. Luc.17. & honorifica Sacerdotes. Illos etiam Chriſtus honorauit, quando mundatos leproſos ad ipſos remiſit. Et idcirco Deo non placet, qui ſeruos ſuos, Sacerdotes videlicet,accuſat.ca.ſi omnia.6. can.q.1. verſic. Superuacuis laborat impendiis, qui ſolem certat facibus adiuuare. Ideóque ſi quis putat in hoc Deo placere, qui in ſeruos ſuos Sacerdotes, vt meliores fiant,dicit ſe hoc agere, plus inuidiæ ſtimulis agitatur quàm charitatis. Quo-

niam diuinæ gratiæ plenitudo adiectione humana non indiget: nec vlla requirit commendationis augmenta. Porrò Presbyteri Apoſtolica inſtitutione propter dignitatem Sacerdotalem ſingulis Eccleſiis præfecti ſunt: quod licet tam ex iam poſitis locis quàm ex ſequētibus apertè colligere. Cùm enim Paulus cum Barnaba in Derben profecti, euangeliſaſſent ciuitati illi, & docuiſſent multos: reuerſi ſunt Lyſtram, & Iconium, & Antiochiam, confirmantes animas diſcipulorum, exhortantéſque, vt permanerent in fide. Et cùm cōſtituiſſent illis per ſingulas Eccleſias Presbyteros, & oraſſent cum ieiunationibus commendauerunt eos Domino, in quem crediderunt. Et Paulus ad Titum, Huius rei gratia (inquit) reliqui tè Cretæ, vt ea, quæ deſunt corrigas: & conſtituas per ciuitates Presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi. Dicuntur autem Presbyteri etiam Sacerdotes: quia ſacra dant; & pro ſuis & populi peccatis Deo aliquo modo ſatisfaciunt. Quemadmodùm Apoſtolus docet, Omnis Pontifex (inquit) ex hominib⁹ aſſumptus, pro homi-

Act.14.d. *Tit.1.b.* *Hebr.5.b.*

nibus conſtituitur in his, quæ ſunt ad Deum: vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis. Qui condolere poſſit iis, qui ignorant & errant: quoniam & ipſe circundatus eſt infirmitate, & propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam & pro ſemetipſo offerre pro peccatis. Vnde & Sacerdotes ante ſuas orationes dicunt, Oremus, non autẽ, Oro. Presbyteri quoque aliquando Dij, aliquando Angeli vocãtur. Nam ad Moyſen de ſeruo, qui liber egredi noluerit,

Exo.21.a. præcepit Dominus, Offeret eum dominus diis, & applicabitur ad hoſtium & poſtes, perforabitq́ue. &c. vbi diis, eſt,

Malac.2.b Sacerdotibus. Et Malachias, Labia (inquit) Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam (id eſt, iuſtitiam) & legem requirent ex ore eius: quia Angelus Domini exercituum eſt. Nec abs re Sacerdotes Angeli vocantur: magnam enim cum Angelis ſimilitudinem habent, qui veri ſunt, Sacerdotes. Angelorum enim officium eſt, Deo miniſtrare, & hominibus: ſic etiam & Sacerdotes ſuis (vt ſuprà diximus) orationibus Deo & hominib' mi-

Hebr.1.d. niſtrant. Omnes ſiquidem (ſecundum Apoſtolum)

Apoſtolum) ſunt adminiſtratorij Spiritus:in miniſterium miſſi propter eos,qui hæreditatem capiunt ſalutis. Inſuper vt Angelus eſt vita purus: ſic & Sacerdos in primis tenetur eſſe caſtus. Caſtitas autem eſt vita Angelica. Vnde D. Ambroſius, Qui non nubunt (inquit) nec vxores ducunt, ſunt ſicut Angeli in terris. Vtque Rex à regendo, ſic Sacerdos à ſacra dando, id eſt, ſacrificando dictus eſt: conſecrat enim & cõficit. cap. 2. diſt. 21. Sacerdotes etiam filij dicuntur Excelſi, dicente Pſalmiſta, Ego dixi, dij e- *Pſal.81.*
ſtis, & filij Excelſi omnes. Et ideo peccatorum conſcientias immundas purificant & mundant verbo, ſacramentis, & precibus, vt filij Dei. Nam quod filius Dei naturalis & eſſentialis potentialiter & eſſentialiter in iam dicto purificationis genere facit: hoc idem & Sacerdos miniſterialiter, vt filius eiuſdem, adoptiuus. De ſeipſo autem Chriſtus, Iam vos *Ioan.15.a.*
mundi eſtis (inquit) propter ſermonem, quã locutus ſum vobis. Nec etiam laico Sacerdotes à quibus benedicitur & inſtruitur, accuſare licet. ca. ſacerdotes. 16. can. q. 1. Sacerdotes, qui proprio

ore corpus Domini conficiunt, ab omnibus ſunt timendi, non dilacerandi, aut detrahendi. A quibus ſe Domini populus benedici, inſtrui, ſaluari cupit, nullatenus debet eos redarguere: nec vulgus in eorum accuſatione ſuſcipi debet. Populus enim ab eis docēdus eſt & corripiendus, non autem ipſi ab eo: quia nō eſt diſcipulus ſupra magiſtrum. Dei ergo ordinationem accuſat, qui eos, qui ab eo conſtituuntur, Sacerdotes accuſat, vel damnare ſtudet.

27 Noſtra verò temperatur concluſio in nocturnis agrorum depopulatoribus, & ſceleratiſſimis viris: quos Eccleſia non tuetur. cap. ſacerdotibus. de ſenten. excom. verſ. Indignum eſt eos ab Eccleſia ſuſtentari, per quos conſtat tantum ſcandalum in Eccleſia Dei generari. Temperatur ſecundò, in crimine falſi, cap. ad falſariorum. de cri. fal. Contra quod etiam hoc opponi poſſet. Immò Princeps poteſtatem habet in Clericos. ca. Princeps. 23. can. q. 5. in verbo, Rigore Principium conteruntur. Solutio. Vbicunque Eccleſiaſtica deficit poteſtas, habet Princeps Iuriſdictionem in

Clericos. textu præallegato, verſ. Sæpè per Regnum terrenum cæleſte proficit Regnum:vt qui contra fidem agunt, rigore Principum conterantur, ipſamque diſciplinam, quam vtilitas Eccleſiæ exercere non poteſt, poteſtas Principalis imponat. Contrà etiam ſecundò. Qui obſtinati extiterint, vt doceri non velint, per ſeculares opprimi oportet poteſtates. cap. nec licuit .17. q. 6. Solutio. Vbi fidem aliqui volũt ſubuertere: tunc Princeps poteſt in eos animaduertere. textu præallegato. Contrà item tertiò. cap. Siquis pecunia fuerit in ſede Apoſtolica intronſatus, liceat Laicus à ſede Apoſtolica expellere. Solutio. Propter ambitionem alicuius poteſt procedere ſecularis poteſtas. Denique etiam cõtrà & quartò. ca. de Liguribus. 23. can. q. 8. verſ. Per poteſtates publicas opprimatur. Solutio. Quando ſchiſma faciunt Clerici, & contemnunt cenſuras Eccleſiaſticas, tunc Princeps poteſt corrigere.

28 Pro noſtræ igitur concluſionis finali deciſione tandem quæritur, An Princeps poſſit ſua conſtitutione Aurelianenſi abrogare priuilegia Eccleſiaſti-

cæ libertati conceſſa. Solutio. Cùm ab initio liberum fuerit donare: ita & renocare non poterit.l.ſicut. Cod. de act. & oblig.maximè ex quo Romana Eccleſia approbauit, vt habetur in cap. bene quidem. ſuperiùs allegato. & ca. priuilegia.6.can.q.2. Priuilegia Eccleſiarũ & Sacerdotum intemerata & inuiolata cunctis decernimus manere temporibus:atque nulla poſſunt improbitate conuelli. Ex quo igitur autoritas ſuperioris interuenit: non poterit in contrarium attentari. Quinetiam Anathema efficitur,qui ſacros canones contemnit. ca.ſiquis.ead.cau.&.q. Siquis dogmata, interdicta, Sanctionéſque ab Apoſtolicę ſedis Præſule conſtituta contempſerit: anathema ſit. Præterea non eſt credendum, Principem, qui Iura tuetur, Iuris diſpoſitionem multis vigiliis excogitatam, abrogare velle. l. ſiquando. Cod. de inoffi. teſta.

29. Nunc igitur ſupereſt, vt ſummatim perſcrutemur, quáſnam olim Deo pœnas dederint, daréque digni habeantur quicũque, etiam Principes, Sacerdotium, Sacerdotaliaque Iura & Officia

vſurpare præſumunt. Legimus ſiquidem de Ozia Rege Iuda, cuius cor, cùm roboratus eſſet, eleuatum eſt in interitum ſuum, & neglexit Dominum Deum ſuum. Ingreſſus eſt enim templum Domini, & adolere voluit incenſum ſuper altare thymiamatis. Statímque ingreſſus poſt eum Azarias Sacerdos, & cum eo Sacerdotes Domini octoginta, viri fortiſſimi reſtiterunt Regi, atque dixerunt, non eſt tui officij, Ozia, vt adoleas incenſum Domino, ſed Sacerdotum, hoc eſt, filiorum Aaron, qui conſecrati ſunt ad huiuſmodi miniſterium. Egredere de Sanctuario, ne contempſeris: quia non reputabitur tibi ad gloriam hoc à Domino Deo. Iratúſque Ozias, & tenens in manu thuribulum, vt adoleret incenſum, minabatur Sacerdotibus, ſtatímq; orta eſt lepra in fronte eius coram Sacerdotibus in domo Domini ſuper altare thymiamatis. Cúmque reſpexiſſet eum Azarias Pontifex, & omnes reliqui Sacerdotes, viderunt lepram in fronte eius, & feſtinatò expulerunt eum. Sed & ipſe perterritus accelerauit egredi, eò quòd ſenſiſſet ilicò plagam 2. Par. 26. c.

4.Reg.15. c. Domini. Fuit igitur Ozias Rex leproſus
vſque ad diem mortis ſuæ, & habitauit
in domo ſeparata plenus lepra, ob quam
eiectus fuerat è domo Domini. Præte-
rea Maria mitiſſimum fratrē ſuum Moy-
Nu.12.a. ſen (qui de tribu Leui, vnde Sacerdota-
lis ordo proceſſit, ortus erat) iniuriis la-
ceſſiuit: ob ídque iram Dei in ſe prouo-
cauit, lepráque percuſſa eſt. Propter
quod ſeptem diebus extra caſtra ſepara-
ta eſt: ſed poſtmodùm precibus eiuſdem
bonum pro malo reddentis, ſanitati re-
ſtituta eſt. Ecce, quomodò Deus vindex
eſt in iniuriam Sacerdotibus inferentes:
de quibus per Prophetam dicitur, No-
Pſ.104. lite tangere Chriſtos meos. Chriſti au-
tem Domini qui ſunt, niſi Sacerdotes
noſtri Euangelici, qui vero oleo à Spi-
ritu ſancto vncti ſunt? Et alibi, Qui tan-
Zac.2.c. git vos, tangit pupillam oculi mei. Et
rurſum Dominus, qui vos audit, (in-
quit) me audit: & qui vos ſpernit, me
Luc.10. ſpernit. Vnde & Dominus ad Moyſen
& Aaron, Benedicam (inquit) bene-
dicentibus vos: & maledicam male-
dicentibus. Inſuper quàm ingrata ſit
Domino Sacerdotalis iuris vſurpatio,

oſtendunt hæc Samuelis verba ad Saül
Regem Iſraël (qui temerario auſu Sa-
cerdotis officium ſibi impudenter arro-
gans, holocauſtum & pacifica Domino
immolauit, Samuelem Sacerdotē, cuius
proprium munus & officium fuit, illa
Deo offerre, per ſeptem ſolùm dies inte-
gros expectare dedignatus) ſtultè (in- 1.Reg.13.b
quit) egiſti, nec cuſtodiſti mandata Do-
mini Dei tui, quæ præcepit tibi. Quod ſi
non feciſſes, iam nunc præparaſſet Do-
minus Regnum tuū ſuper Iſraël in ſem-
piternum: ſed nequaquam Regnum tuū
vltra conſurget. Quibus præfecto verbis
oſtendit Saulem à Regno deiectum ob
vſurpatam ſibi Sacerdotalem functio-
nem. Caueant igitur Principes Sacerdo-
talia Iura vſurpare, Eccleſiaſticámque li-
bertatem tributariam reddere: ne ſimi-
les pœnas incurrāt. Quid? iuuat vlteriùs 2.Mac.3.d
Heliodorum cōmemorare. Qui cùm Ie-
roſolimitanū Domini tēplū tunc opulē-
tiſſimū ſpoliare vellet, diuinitꝰ plagis affi
citur: Sed orāte ꝓ eo Onia Sacerdote, ſa- ibid.f.
nitati reſtituitur. Antiochus quoq; aſcē-
dit Ieroſolimā, cū multitudine graui, &
intrauit in ſanctificationem cū ſuperbia,

& accepit altare aureum, & candelabrum luminis, & vniuerſa vaſa eius, & menſam propoſitionis, & libatoria, & phialas, & mortaliola aurea, & velum, & corollas, & ornamenta aurea, & comminuit omnia: & accepit argentum & aurum, & theſauros occultos, & omnia concupiſcibilia. Et prohibuit ſacrificia fieri in templo Dei, & dies ſolennes celebrari. Et iuſſit coinquinari Sancta, & libros legis Dei combuſſit igni, ſcindendo eos.
1. Mac. 9. b Contigit autem Antiochum de curru cadere, & graui corporis illiſione membra vexari: adeò vt vermes de corpore eius ſcaturirent, ac viuentes in doloribus carnes effluerent, cuius fœtore totus grauaretur exercitus, cùm nec ipſe fœtorem ſuum ferre poſſet: & ſic miſerabili obitu vita functus eſt. Alcimus quoque præcepit deſtrui muros
1. Mac 9. f. domus ſanctæ interioris, & deſtrui opera prophetarum, & cœpit deſtruere. Sed in tempore illo percuſſus eſt à Deo, & impedita ſunt opera illius, & occluſum eſt os eius, & diſſolutus eſt paralyſi: nec vltra potuit loqui verbum, & mandare de domo ſua. Et mortuus eſt Alcimus

in tempore illo cum tormento magno. 2. *Mac*. 15 *a*.
Et Nicanor impius, (qui dicentibus,
Potentem in cœlo eſſe, qui diem Sab-
bathorum agi imperauerat, reſpondit,
Et ego potens ſum ſuper terrã, qui im-
pero ſumi arma, & negotia Regis im-
pleri: & qui impiè cogitauerat commu-
ne trophæum ſtatuere de Iuda) cum
triginta quinque milibus occiſus eſt: & *Ibid.e.*
caput eius, & manus cum humero, quã
extenderat contra domũ ſanctam om-
nipotentis Dei, abſciſa. Manum autem
eius iuſſit Iudas Macchabæus contra
templum ſuſpẽdi: & linguam impij par-
ticulatim præciſam auibus dari. Caput
verò eius in ſumma arce ſuſpendit: vt e-
uidens eſſet & manifeſtum ſignum au-
xilij Dei. Balthaſar etiã Chaldæus Rex
iam temulentus, bibebat in vaſis templi
Dei, & optimates eius, vxoréſque &
cõcubinæ illius: & laudabant deos ſuos *Danie*. 5.*a*
aureos & argẽteos. Verùm eadem nocte
interfectus eſt: cui Darius Mœdus ſuc-
ceſſit in Regnum.

30 Denuò legimus Dominum iuſſiſſe *Ibid.g.*
Moyſi & Aaron, vt quando mouenda *Nu*.4.*a*.
erant caſtra filiorum Iſraël: filij Caath

portarēt ſanctuariū & omnia vaſa eius, priùs inuoluta ab Aaron & filiis eius in commotione caſtrorum: & vt non tangerent ea, ne morerentur, ſi tetigerint Sancta ſanctorum: nulláque curioſitate viderent, quæ eſſent in ſanctuario, priùs quàm inuoluerentur, alioqui morerentur. Ecce autem Core & Datan atque
Nu. 16. a. Abiron ſurrexerunt contra Moyſen, aliíque filiorum Iſraël ducenti quinquaginta viri Proceres Synagogæ, tollentéſque vnuſquiſque thuribulum ſuum,
Ibid. e. & ponentes incenſum obtulerunt thymiama coram Domino, vſurpantes ſacerdotale officium. Sed cōfeſtim dirupta eſt terra ſub pedibus eorum: & aperiens os ſuum deuorauit illos cum tabernaculis ſuis, & vniuerſa ſubſtantia illorum: deſcenderúntque viui in infernum operti humo: & perierunt de medio multitudinis. Sed & ignis egreſſus eſt à Domino, & interfecit ducentos quinquaginta viros, qui offerebāt incenſum. Affixáque ſunt altari iuſſu Domini eorum thuribula in laminas producta: vt haberent in poſterum filij Iſraël, quibus cōmonerentur, ne quis accedat alie-

nigena,& qui non eſt de ſemine Aaron, ad offerendũ incenſum Domino: ne patiatur, ſicut paſſus eſt Core & omnis cõgregatio eius. Inſuper & Oza filius Abinadab videns calcitrantes boues plauſtrum trahentes, ſuper quod ferebatur arca Dei,& quod declinaſſent eã, extẽdit manũ ad arcam Dei, & tenuit eam, ne caderet. Iratúſque eſt Dominus contra Ozam, & percuſſit eum ſuper temeritate: qui mortuus eſt ibi iuxta arcam Dei. Præterea neminem neque Regem, neque alios quoſuis Magiſtratus, priuatáſve perſonas ab eorũ numero, qui ſacram ſuã Eccleſiã vel propriis manibus, vel iniuſtis exactionibus violant & ſpoliant, apud Ezechielẽ eximit: cõtra quos horrendo furore ſuccẽſus, Viuo ego: (dicit Dominus) Pro eo quòd ſanctũ meũ violaſti in omnibus offẽſionibus tuis,& in cũctis abominationib⁹ tuis; ego quoq; confringã,& nõ parcet oculus meus, & nõ miſerabor. Sed & quæ hęc verba prędedũt,& quæ immediatè ſequũtur, tantum Domini furorẽ in huiuſmodi ſacrorũ violatores, raptores & ſpoliatores accenſum, quãtus in vllũ nephandi ſceleris

2. Reg. 6. a.

Ezec. 5. c.

Hiſto. tripart. lib. 6. cap. 32.

Et Nicephor. li. 10. cap. 7.

genus vel capitale accēdi potuit, apertiſſimè oſtēdunt. Interea iubentur vaſa eccleſiarū ſacra fiſci ærario deputari, ſublatíſq; ianuis Eccleſiæ maioris, quam Conſtantinus ædificauerat, fit cūctis acceſſibile ſanctuariū. Ingrediente ſignis Iuliano pręfecto oriētis eccleſiam, Fœlix prępoſitus regalium theſaurorū pariter introiuit, & ſimul Elpidius comes rerum priuatarum. aiunt enim & Fœlicem & Elpidium priùs Chriſtianos tunc à pietate receſſiſſe, impio Principi parere cupientes. Iulianus itaque præfectus impudenter contra ſacrum altare minxit. Quem cum Euzoius prohibere tētaret, eum ille percuſſit in capite. Fertur autē dixiſſe, Chriſtianorum inuentiones cœleſtium cura non vacare. Porrò Fœlix videns vaſorum ornamenta, quæ Conſtantinus & Conſtātius frequenter obtulerāt, Ecce in quibus (inquit) vaſis Mariæ filio miniſtratur. Sed pro his impientibus væſaníſque præſumptionibus non poſt multum pœnas exacti ſunt. Nam repente Iulianus ſęuo morbo correptus viſceribus putrefactis interiit, & excrementa non per meatus egeſtiuos emit-

tebat, ſed ſceleſtum ob quod blaſphemiis miniſtrauerat organum huius excretionis eſt factum. Porrò Fœlix & ipſe repente flagellum virtute diuina ſuſcipiẽs, ſanguine toto die ſimul & nocte ex ore fuſo, & venis corporis vndique vacuatis, omníque virtute ſimul expenſa, & ipſe celeriter eſt extinctus æternæque morti contraditus. Legant quoque diligenter, ac ſæpius meminerint Chriſtiani Principes (qui, bello quopiam aut ſuſcepto, aut imminente & vrgente, eóque prætextu theſauros Eccleſiæ, aurum videlicet & argentum, cæteráque pretioſa vndiquaque corradunt, vt humano potiùs auxilio confiſi, & de diuino diffidentes, conducendis exteris & peregrinis exercitibus impiè rapta inſumant) Hanani Prophetæ contra Aſam Regem Iuda ſeueriſſimam obiurgationem, & de tali & tanto perpetrato ſcelere diuinam vltionem. Nec mirum, ſi quãdo turpis & infœlix huiuſmodi belli exitus ſequatur: iuxta verbum victorioſiſſimæ Iudith, Cadat (inquit) virtus eorum in iracundia tua, qui promittunt ſe violare Sancta tua, &c. Nec minùs

2. Para. 16.a.

Iudith.9.c.

tutæ res ſacræ in Baſilicis & templis diuino numini conſecratis eſſe videntur, neque vlla vi inde minùs impunè ra-
Nu.35..a. piendæ, quàm olim fugitiuorum cor-
Deut.4.g. pora homicidarum, cæterorúmve ad Dominica altaria & templa, vitæ ſuæ Aſyla præſidiáque confugientium: quo etiam à furore Salomonis fugiens Adonias ad tempus ſaluatus eſt. Non ab re
3.Reg.1.g. igitur videatur eſſe, ſi Chriſtus locorum ſibi ſacrorum violatoribus, rerúmque Eccleſiaſticarum exactoribus & prædatoribus parci nolit.

31 Si igitur iure cautum eſt, calices, corporalia, hoſtias conſecratas, aliáſque res ſacras prophanis & laicis manibus attrectari: quãtò iuſtiùs in eos latæ ſunt excommunicationis ſententiæ, qui ſuis iniquis ſtatutis Clerum paulatim extinguere (vt ſuperiùs diximus) velut aliud agendo conati, Eccleſiaſtica bona vendere & alienare compellunt aut permittunt? Iuſtiſſimè ſanè: cùm ſurripientes ornamẽta ſacra ſimiles ſint Iudę proditori. ca. ſi forte. 17. can. q. 4. Si fortè Presbyter vel Diaconus ſacram ſyndonem vendiderit, Iudæ Schariothis ſimi-

lis æſtimabitur. Homicidæ etiam à iure cēſentur.ca.qui Chriſti.12.can.q.2. Qui Chriſti pecunias & Eccleſię aufert,fraudat & rapit, vt homicida in conſpectu iudicis reputabitur. Omnium etiã prædonum crudelitatem ſuperat, qui res Eccleſiæ ſubtrahit.ca. gloriam Epiſcopi 12.can.q.2.Item ad altare Domini accedere prohibentur.ca. indignè.ead. cau. & q.Indignè ad altare Domini properare permittitur, qui res Eccleſiaſticas audet inuadere. Chriſtiana etiam ſepultura priuandi ſunt, vt hæretici. cap. ſi quis Epiſcopus.de hęret.in Anti.Si quis Epiſcopus hæredes inſtituerit hęreticos aut paganos,poſt mortem Anathema ei dicitur: atque eius nomen inter Dei Sacerdotes nullo modo recitetur. Quod autem de Epiſcopis dictũ eſt, debet de Presbyteris etiã, & reliquis Clericis interprętari.Cõprobatur cap.ſicut.de hæret.in Anti. Sicut ait Leo,in partib9 Toloſanis inualuit hæreticorum dãnanda peruerſitas. Eos receptores & defenſores Anathemati ſubiacere decreuimus. Sub Anathemate autem prohibemus, ne quis in domo vel terra ſua eos tenere

aut fouere præſumat. Si autem in hoc peccato deceſſerit, oblatio pro eo non fiat, nec inter Chriſtianos accipiat ſepulturam.

32 Qualiter autem Epiſcopus ſententiam excommunicationis proferre debeat aduerſus huiuſmodi rerum ſacrarum, & Iuris Eccleſiaſtici violatores & alienatores explicare viſum eſt. Canonica inſtituta, & ſanctorum patrum exempla ſequentes, rerum ſacrarum raptores & alienatores, Iuriſque Eccleſiaſtici violatores, omnes & ſingulos eorũ fautores & detentores, autoritate Dei omnipotentis, & iudicio ſancti Spiritus, à gremio ſanctæ matris Eccleſiæ, & à cõmunione & conſortio totius Chriſtianiſmi eliminamus & excludimus, quouſque reſipiſcant, & Eccleſiæ Dei ſatisfaciant. Huiuſmodi quoque excõmunicatorum oſſa è cœmeterio Eccleſiaſtico, ſi diſcerni poſſint, iure exhumari debent, & foras proiici: eadem ratione, quæ habetur cap. ſacris. de ſepultu. in Anti. ſacris canonibus inſtitutum eſt, vt quibus non communicauimus viuis, ne cõmunicemus defunctis. Vt careant

Chriſtiana

Chriſtiana ſepultura, qui ab Eccleſiaſtica vnitate ſegregati fuerant, nec in articulo mortis Eccleſiæ reconciliati. Nec mihi videtur hîc prætermittendũ, quod refert Gulielmus Rouille in ſuo tractatu de Conſuetudine Cœnomaniæ, Magiſtrum videlicet Petrum de Cugneriis, quem vulgò Lutetiæ vocant *Maiſtre Pierre du Cuygnet*, virum ſua tempeſtate Doctoris titulo inſignem, militémque & Aduocatum Regium, toto niſu Eccleſiaſticam libertatem infringere molitũ eſſe: & ideo illi ſtatuam ludibrij gratia, in Pariſienſi Cathedrali Eccleſia, cuius iura tam impiè viuens oppugnauerat, mortuo tam deformem erectam fuiſſe: Quam etiam quotidie ſtylo ſuo ſcriptorio pugionibúsque prætereuntes adoleſcentes, in perpetuam ſuæ impietatis memoriam, confodere nõ ceſſant. Hæc ideo huc adduximus, quò tã cauſa tanti ludibrij forſitan paucis cognita, quàm rei tam impudenter ab illo ſuſceptæ exitus, omnibus per nos, ad tam infamem nominis ſui ignominiam vitandam, pateſceret. Iure igitur tam Diuino, quàm Canonico & Ciuili ſatis pa-

têre arbitramur, quas & quàm graues pœnas incurrant res ſacras impuris & ſceleratis manibus attrectantes, rapientes, & alienantes: immunitatémque ac libertatem Eccleſiaſticam inuadentes, vſurpantes, ac violare & infringere ſtudentes.

33 Eſt igitur vera & certiſſima Concluſio noſtra, Inuiolabilem eſſe debere Eccleſiaſticam libertatem aſſerens. Quã ſi quis iterũ ſic impugnare pergat, Clerici laicorum iudicium nonnunquam ſubire, reſpuere nõ debent exemplo Chriſti, qui Pilati ſubire iudicium non recuſauit. Cui Chriſtus, Non haberes (inquit) poteſtatem aduerſum me vllam, niſi datum eſſet tibi deſuper. Cùm ergo datum eſſet, vt à laico iudicaretur: ſic nec Clerici iudicium laicorum recuſare debent, nec effugere poſſunt. Solutio. Pilatus poteſtatem habuit crucifigendi Chriſtum permiſſiuè: Oblatus eſt enim, quia ipſe voluit. Non continuò tamen innoxius & ab homicidij peccato immunis fuit. Imò contrà. Non licet Clericis & Eccleſiaſticis perſonis locum Apoſtolorum tenentibus temporalia poſſi-

Ioan.19.b.
Iſa.53.b.

dere:cum ipſis Apoſtolis à Domino iuſſum ſit, Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris. Solutio. Nihilominus vera eſt concluſio noſtra. Eccleſiaſticis enim perſonis temporalia poſſidere, licitum eſſe, tam ex ſuperioribus locis iam citatis, quàm ex D. Paulo & nonnullis aliis ſequentibus confirmatur. Oportet (inquit D. Pau.) Epiſcopum hoſpitalē eſſe. Ergo diuitem: ſaltem non pauperem nec inopem, non egenum, non mendicum. Qui namque fieri poſſet, vt hoſpitalis eſſet, ſi nihil (quod volunt calumniatores iſti, & votis omnibus exoptant) vel vbi ſuum duntaxat caput reclinaret, tēporale poſſideret? Apoſtolos autem aurum vel argentum poſſediſſe vel ſaltem habuiſſe, cùm ex prædictis, tum ex hoc planè conſtat: quòd cùm Chriſtus per Samariam iter haberet, diſcipuli eius abierunt in ciuitatem, vt cibos emerent. Itidem & quando Dominus dixit Iudę, Quod facis, fac citiùs. Diſcumbentes enim arbitrabantur, (inquit Euangeliſta) quia loculos habebat Iudas, quòd dixiſſet ei Ieſus, Eme ea, quæ opus ſunt

Mat. 10. a.

1. Tim. 3. a.

Ioan. 4. a.

Ioan. 13. c.

nobis ad diem feſtum, aut egenis vt aliquid daret: quæ quidem illis in ſuſpicionem minimè veniſſent, ſi nihil ipſi poſſediſſent. Nec obſtat quod hîc in contrarium ſuperius obiectum fuit de nō poſſidendo auro, &c. nam hoc ideo à Domino tunc illis prohibitum fuit, quò diſcipuli eius totam mentis curam & agitationem in res potiſſimùm diuinas, dũ agitur de verbo Dei diſſeminando, omnino collocarent, non autem in caducas: nec vt penitus rem ipſam, ſed duntaxat rei ipſius præpoſterã curam, & inanem ſolicitudinem, quę nonnunquam totum hominem præcipitem rapit, ſicq́; ab officio auertit, ex eorum animis atque mẽtibus fundius adimeret. Sicut in alio loco, Nolite (inquit) ſoliciti eſſe, dicentes, Quid mãducabimus, aut quid
Mat. 6. d. bibemus. Secundò dicimus præceptum illud non fuiſſe perpetuum, ſed ſolùm
Mat. 10. a. ad tempus: ſicut nec illud, in viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Quaſi dicere
Luc. 24. g. voluiſſet, Donec induamini virtute ex alto. Nam poſt aſcenſionem domini ad
Act. 3. a. patrem, Petrus & Ioannes ab aliis Apo-

ſtolis miſſi ſunt in Samariá, cùm audiſſent, quòd recepiſſet verbum Dei. Itidē Paulus & Barnabas, contradicentibus ſibi & blaſphemantibus Iudęis conſtanter dixerunt, Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei: ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicaſtis æternæ vitæ, ecce, conuertimur ad gentes. Sic enim nobis præcepit Dominus. Nō eſt igitur contra præceptum Domini, ſi Eccleſiaſtici nūc temporalia poſſideant, quibus ipſi & pauperes ſuſtententur. Quinimò in Canonibus Apoſtolorum hæc habentur, Præcipimus, vt Epiſcopus in poteſtate ſua res Eccleſię habeat, vt illius arbitratu diſpenſentur: & cum timore Dei per Presbiteros ac Diaconos erogentur pauperibus. Percipiat autem ipſe, ſi indigeat, quantum ad neceſſarios vſus ſuos & fratrum opus fuerit. Quamobrem bona Eccleſiæ à Principibus iure vſurpari non poſſunt, quacunque etiam bellorum cauſa & neceſſitate. Et ideo anima Caroli Martelli viſa eſt (vt tradunt Hiſtoriæ) apud inferos cruciari, quòd imminente bellorum neceſſitate bona quædam vſurpauerat

Act.13.

ab Eccleſia exacta.

34 Eccleſiaſtica igitur libertas adeò dicitur inuiolabilis, vt neque poſſint Prælati Eccleſiæ conſentire alienationi rerum Eccleſiaſticarum, ſummo Ponti-
Iudic.17.c. fice inconſulto. Alioqui idem de Eccleſia dicendum eſſet, quod de populo Iſraëlitico, mortuo Samſone iudice, legitur, in diebus illis non erat Rex in Iſraël: ſed vnuſquiſque quod ſibi rectum videbatur, hoc faciebat. Eſt ideo neceſſe ad cõmune Reipub. Chriſtianæ commodum
Rom.13.a. & vtilitatem, vt ſint & Reges, qui gladium portantes timori ſint malorum operum, & vt Dei miniſtri, vindices ſint in iram his, qui à concupiſcentia ſua mala attracti & illecti, turpia & prauà facinora, quæ taliter affectis tunc recta videntur, impudenter perpetrant. Sint & Sacerdotes Euangelici, fidelibus omnibus ſacramenta adminiſtrantes. De
1.Cor.4.a. quibus Apoſtolus, Sic nos (inquit) exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei. Vtque Sacerdotum iura illæſa & illibata conſeruare Principis eſſe, tot teſtimoniis comprobauimus: ſic & illorũ aduerſarios re-

primere,eiuſdem eſſe,teſtatur D. Auguſtinus in Tractatu ſuper Ioan. dicens, Quando Deus vult concitare poteſtates aduerſus Eccleſiæ diſſipatores hæreticos, ſchiſmaticos: non mirentur illi. Deus enim concitat, vt à Sara verberetur & affligatur Agar. Niſi enim contra tot & tantos inſurgentes Eccleſiæ hoſtes mouerentur Principes, quomodo rationem Deo redderent de imperio ſuo? Hoc igitur vnum ingenuè fateri debent Chriſtiani Principes omnes, ſe totis viribus ac vigiliis eniti, vt matrem ſuam Eccleſiam, vnde ſpiritualiter nati ſunt, ab omni maligno exactorum, prædatorum & ſpoliatorũ incurſu maximè tutã, tranquillámque ac pacatã habeãt. Nec ſaltẽ minùs de tã execrabili in Matrem Eccleſiã impietate moueri: quàm quõdam famoſus ille Babylonicus Tyrãnus Nabuchodonoſor de cõmiſſa in patrẽ omniũ noſtrũ Deum, cuius ſtupẽdã mirabatur potentiã morte ſolũ pianda blaſphemia. Cum enim tres tantum pueros è fornacis flãma liberatos vidiſſet, rem vt ſtupendam ac miram ſtatim approbauit, & altiſſimo cœli Deo tantã

Gen.16. b.

Dani. 3. g.

inde gloriam exhiberi iuſſit, vt per vniuerſum Imperium Babylonicum miſerit, dicens, quòd quicunque blaſphemiam dixerint in Deum illorum, diſperirent, & domus illorum vaſtarentur. Quoniam (vt ipſe etiam miraculo attonitus tam inaudito palàm confitebatur) non eſt alius Deus, qui poſſit ita ſaluare. Num Reges & Principes noſtri meritò magis commoueri debent (qui non tantùm tres pueros è temporali & momentanea flamma liberatos, ſed ſeipſos omnes à perpetuo & inextinguibili gehennæ incendio nobiſcum ereptos congratulari debent) dum Chriſtum & eius ſponſam Eccleſiam ab ipſis etiam Chriſtianis, ſed hipocritis, omni iure & peculio priuari cernunt? Quod autem ad hæreticos implacabiles Eccleſiæ hoſtes attinet, conſiderate obiter attentiùs (obſecro) qualia & quàm nephanda perpetrent crimina, ſeu potius homicidia, quantáque digni pœna. Occidunt enim animas, & ſempiternam mortem inferunt: temporalem verò ſe perpeti conqueruntur.

35 Neque audiendi ſunt, quorum au-

ribus odioſum eſt Sacerdotale nomen, quíq; Pharaone ipſo inhumaniores, Sacerdotium Regi tributarium facere ſuis vigiliis accuratè conantur: vt ſic Clerum tantis grauatum exactionibus paulatim minuant, ac tandem extinguant, Regiis auribus immurmurantes, maiorem eſſe Sacerdotum numerum, quàm par ſit, & inde fieri, vt Rex ſuis fraudetur annuis cenſibus ac tributis. Quibus reſpondemus, probantes non minorem fuiſſe in lege Moſaica Leuiticorũ Sacerdotum, aliorúmque Leuitarum numerũ, quàm in Euangelica: habita videlicet vnius Regni Iudęorum ad plura noſtræ Chriſtianæ Eccleſiæ ratione. Tam enim paruam Iudæã fuiſſe & longitudine, & præcipuè latitudine, vt vix fuerit iter vnius diei, teſtatur B. Hieronymus ad Dardanum his verbis, de latitudine Iudææ pudet dicere. &c. Et tamen tempore Dauid Regis numerati ſunt Leuitæ à viginti annis & ſupra, & inuenti ſunt triginta octo milia virorum: qui omnes à Regiis cenſibus & tributis liberi & immunes erant, eorúmque vrbes & ſuburbana. At lex Moſaica Euangelicæ vmbra ſolùm

In Epiſt. quæris Dardane.10. 3.

1. Par. 23. 4.

fuit. Vmbram enim (inquit Apoſtolus)
Hebr.10.a habens lex futurorum bonorum, non
1.Cor.10.a ipſam imaginem rerum, &c. &, Nolo
vos ignorare (fratres) quoniam patres
noſtri omnes ſub nube fuerũt, &c. Fruſtra igitur conqueruntur aduerſarij Eccleſiæ, Clerum minuere, aut potius extinguere ſuadentes. Quinimò Rex noſter Chriſtianiſſimus in ipſos Cleri aduerſarios bellum gerere (vt ſedulò quidem facit) & debet & tenetur. Cuius
Pſ.143.a. manus Dominus noſter doceat ad prelium, & digitos eius adhuc tenellos du-
Pſ.34.a. ret ad bellum tam pium & iuſtum. Apprehendat arma & ſcutum, & ſurgat in
Pſ.44.a. adiutorium perſonis, rebus, iuribúſque Eccleſiaſticis: & accingat gladium ſuper fœmur ſuũ potentiſſimè. Pium eſt enim,
1.Mac.3. iuſtum & æquum pro fidei Eccleſiæ, Di-
f.g. uiníque cultus, & Reipub. Chriſtianæ defenſione, tanquam pro focis & aris, contra impios, ſacrilegóſque orthodoxę fidei catholicæ & Romanæ oppugnatores ſuſceptum bellum. Accingimini igitur, (Chriſtiani Principes) & eſtote potentes & parati, vt pugnetis aduerſus huiuſmodi nationes tam nephandas &

impias,quæ conuenerunt ad diſperdendum nos & Sancta noſtra:quoniam melius eſt nos mori in bello, quàm videre mala gentis noſtræ & Sanctorum.

36 Sed illud poſtremò non prætermittendum intactum. Inuaſoribus rerũ Eccleſiaſticarum,ſi cõtigerit eos pœnitere, qualis iniungẽda eſt pœna? Vt primo anno extra Eccleſiam Dei conſiſtãt, cuius ſacratiſſima vaſa auferre,iuráque,ac alia bona contra ritũ fidei Chriſtianæ diripiendo alienare non erubuerunt. Anno autẽ ſecundo,vt ante fores Eccleſię maneãt ſine communione. Tertio verò anno, Eccleſiam Dei ingrediãtur, ſed non manducantes carnem,neq; bibentes vinum,præterquàm Natiuitatis Dominicæ & Paſchæ diebus. Quarto demũ anno communioni fidelium reſtituantur, ſpondentes talia ſe facinora poſtea nunquam perpetraturos eſſe:vt ſic corpus & ſanguinem Domini ſuſcipere mereãtur. Vſque ad ſeptimũ deinceps annũ, tribus in hebdomada dieb⁹ ſine vſu vini,& carnium eſu manebũt.ca.de viro.12.ca.q.2. Et iſta pœnitẽtia Sacerdotis arbitrio mitigari non poteſt:alioqui diceretur falſa.

cap.falſas. de pœnit. diſt. 5. falſas pœnitentias dicimus, quę non ſecundum authoritatem ſanctorum Patrũ pro qualitate criminum imponuntur.

37 Quotam inſuper Decimam fructuum Eccleſiæ ſub quocunque titulo, etiam Romano Pontifice conſentiente, à Principe iure exigi non poſſe, affirmare audemus. In primitiua nanque Eccleſia Sacerdotibus, Clericis, & Eccleſiarum reparationibus earum fructus aſſignabantur: vt dictum eſt, & habetur in ca. mos eſt. 12. can. queſt. 2. & ca. clerici. ead. ca. & q. Clerici omnes, qui Eccleſiæ ſeruiunt, ſtipendia ſanctis laboribus debita à Sacerdotibus conſequantur de iure enim diuino, Non alligabis os boui triturãti. Et, Qui de altari eſt, de altari viuere debet. Et, Dignus eſt operarius mercede ſua. Et, Quis vnquam plantauit vineam, & de fructu eius non comedit? Poſſeſſionem igitur rerum Eccleſiaſticarum prædictis aſſignatam & deuotam Princeps iure vſurpare non poteſt. ca. ſi quis Princeps. 16. ca. q. 7.

Deut. 25. a.
1. Cor. 9. a. b.
Luc. 10. b.
1 Tim. 5. c.
Mat. 10. b.

38 Verùm etiam qui Eccleſiæ documenta, inſtrumentáve, quibus Eccleſia-

ſtica poſſeſſio cõfirmatur, ſurripuerint, aut aduerſariis tradiderint: puniantur pœnis relatis in ca. ſi quis de clericis. 12. ca. q. 2. Si quis de clericis documenta, quibus Eccleſiæ poſſeſſio confirmatur, aut ſupprimere, aut negare, aut aduerſariis fortaſſe tradere damnanda obſtinatione præſumpſerint: quicquid, propter abſentiam documentorum, damni Eccleſiæ illatum ſit, de propriis facultatibus reddat, aut communione priuetur. Hi autem, qui in damnum Eccleſiæ à traditoribus ſolicitati, aliquid ſurripuerint: ſuperiori ſententia teneantur. Quinetiam qui bona Eccleſiæ aliter petierit, quàm ſcriptum ſit, Anathema ſit, niſi citò ſe correxerit. ca. indigne. 12. ca. q. 2. Cùm neque etiam Papæ liceat bona Eccleſiæ alienare. ca. non liceat. 12. ca. q. 2. Non liceat Papæ prædium Eccleſiæ alienare, nec in vſumfructum dare. Ratio autem deciſiua ponitur in ca. res autem. 12. ca. q. 2. Res autem aliter tutæ eſſe non poſſent, niſi Regia aut Sacerdotalis defendat authoritas.

39 Concluditur igitur, conſenſum

Romani Pontificis, tanquam iuri Diuino contrarium, nullius eſſe momenti: cùm per huiuſmodi conſenſum alimonia Sacerdotum & pauperum ſubtrahatur, vnde ſequitur homicidium. Necare enim videtur, qui alimoniam denegat. l.necare.ff.de lib.agn. Spretis enim diuinis traditionibus, humanis inhærere, illicitum eſt. *Iſa.10.a.* Væ (clamat Iſaias) qui condunt leges iniquas: & ſcribentes, iniuſtitiam ſcripſerunt: vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent cauſæ humilium populi mei, vt eſſent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent. Conſenſus autem vlterius illicitus deprehenditur, quando ibi deeſt charitas, *Col.3.c.* quod eſt vinculum perfectionis: nec ideò iuſtitia locum habet, citra quam iuſtus nemo dicitur: *Heb.11.b.* nec fides, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, *Habac.2.a.* quia iuſtus ex fide viuit. *Rom.1.b.* ca. vbi fides. 4. ca. q. 1.

40 Vtrum autem Romanus Pontifex ſit ſupra concilium, an ſubſit, videndum eſt. Sed antequam hoc diſcutiam⁹, proteſtamur, nos nihil contrarium fidei dicere velle, nec in ignominiam aut famam alicuius eleuandam quicquam di-

cturos: ſed quę duntaxat ad Eccleſiaſticæ libertatis & immunitatis defenſionẽ facere videbuntur. Ideóq; dicimus: quæ morũ corruptorum reformationẽ concernũt, & regimen Eccleſiaſticum, abſq; tamen ſinceræ fidei pręiudicio, pro qualitate temporum, atque perſonarum cõditione, Papam mutare poſſe: cap. non debet. de conſan. & affi. in anti. Non debet repræhenſibile iudicari, ſi ſecundum qualitatem temporum ſtatuta mutãtur humana. Ratio autem hæc eſt: quia omnis cõſtitutio debet eſſe conueniens loco & tempori. cap. erit autem lex. diſt. 4. Quæ verò concernunt articulos fidei, & generale ſtatutum Eccleſiæ, in his Papa ſubeſt Concilio. ca. quæ ad perpetuam. 19. ca. q. 1. Quæ ad perpetuam generaliter ordinata ſunt vtilitatẽ, nulla commutatione varientur. cap. ſicuti. 19. diſt. Sicuti quatuor Euangelij libros, ſic quatuor Concilia ſuſcipere me, & venerari fateor. Quæ veneranda illa Concilia reſpuunt, reſpuo: quæ venerantur, amplector. Quinimò tenetur Concilij aſſenſum requirere. cap. Anaſtaſius. 19. diſt. Quo quidem capite oſtenditur Anaſta-

ſius, eò quòd communicaſſet, ſine Concilio Epiſcoporum, Presbyterorum, & cunctorum Clericorum Eccleſię catholicæ, Diacono Teſſalonicenſi, qui Achatiũ reuocare volebat, Diuino nutu percuſſus fuiſſe. Nec ab re: cùm maiores Eccleſiæ, Prælati & Presbyteri ſimul congregati Eccleſiam repræſentent. Legitur enim de Salomone & filiis Iſraël, Con-
3. Reg. 8. a. gregati ſunt omnes maiores natu Iſraël cum Principibus tribuum, & Duces familiarum filiorũ Iſraël ad Regem Salomonẽ in Ieruſalem. Et poſt pauca, Con-
Ibid. b. uertítque Rex faciem ſuam, & benedixit omni Eccleſiæ Iſraël: omnis enim Eccleſia Iſraël ſtabat. Quibus verbis oſtenditur, Prælatos Eccleſiæ & Sacerdotes ſimul legitimè congregatos, qui ſunt maiores natu, & ideo Presbyteri dicti,
Eccl. 8. b. Eccleſiam facere. De quibus dicitur, Ne deſpicias narrationem Presbyterorum ſapientum, & in prouerbiis eorum conuerſare: ab ipſis enim diſces ſapientiam & doctrinam intellectus. E quib⁹ omnibus apparet, Papam Concilij aſſenſum ſequi teneri: vt etiam habetur in Synodo Conſtantienſi, cuius tenor ſequitur. Declarat

clarat ſancta Synodus, nõ licere Romano Pontifici indictiones, exactionéſque perſonis Eccleſiaſticis, rebuſq; per modum Decimæ imponere. Si verò cauſa neceſſitatis accidat: vocato generali Cõcilio, prout vtile videbitur, eidem ſecũdũ decretum Concilij prouideatur. Extat etiam aliud decretũ in eodẽ Cõcilio habitũ, Pręcipimus, Iuráque prohibent, Decimas imponi perſonis Eccleſiaſticis, diſtrictiùs obſeruari. Per nos enim nullatenus imponãtur, niſi ex magna cauſa, & cũ ſubſcriptione fratrum noſtrorum Cardinalium ſanctæ Romanæ Eccleſię. Ideóque non eſt præſumendum Romanũ Pontificẽ aliquid condere velle contra ſtatuta ſanctorũ Patrũ, cùm non poſſit, vt ipſe teſtatur in ca. ſunt quidam. 15. ca. q. 1. & ca. ſequẽ. Contra ſtatuta ſanctorũ Patrum aliquid cõdere vel mutare, nec huiuſce ſedis Apoſtolicæ poteſt authoritas. Quinimò ſi cõderet, reatum incurreret, vt ipſe fatetur in ca. priuilegia Eccleſiarum. ea. ca. & q. Diceretur etiam iuris euerſor, nõ conſtructor. ca. ſi ea. ead. ca. & q. Si ea, quæ anteceſſores noſtri ſtatuerunt, deſtruerem, non con-

ſtructor, ſed euerſor iure comprobaret. Dicēte Domino, Omne Regnum in ſe diuiſum non ſtabit: ſic omnis ſciētia & lex aduerſum ſe diuiſa deſtruetur. Inſuper Papa nō vult honorē ſuum augere, vt minuat ius Eccleſiæ. cap. ecce. 99. diſt. verſic. Verbis proſperari non quæro, nec honorē deputo, in quo fratres meos honorē ſuum perdere agnoſco: meus namque honor eſt honor vniuerſalis Eccleſiæ. Romanus etiam pontifex vult cuilibet ius ſuum ſeruare. ca. de eccleſiaſticis. 25. ca. q. 2. verſic. Nec cuilibet gratia fauente, vltrà quā meretur, impertiar: nec vlli quod ſui iuris eſt, ambitu ſtimulāte, derogabo. Contrauenire autem dicitur ſtatutis ſanctorum Patrum, quando ea integra non ſeruat. ca. ideo. 15. ca. q. 1. verſ. Contra eorū quippe agimus inſtituta, ſi quod ipſi diuino ſtatuerunt cōſilio, intactum nō ſeruamus. Cōcludimus itaque, Papam ex ſuo arbitrio, decimā imponi Eccleſiaſticis perſonis, ſine generali Cōcilio (licet ei⁹ poteſtas à Chriſto ſit immediatè) approbare nō poſſe. Certum autē eſſe conſtat, quòd ad Eccleſiæ vtilitatem poſſit, ſed nō ad deſtru-

Mat. 12. d.
Marc. 3. e.
Luc. 11. b.

ctionem: cùm non ſit rerũ Eccleſiæ dominus, ſed fidelis diſpenſator, nõ autem diſſipator. Sunt enim Prælati Procuratores, non domini. ca. ſi priuatum. 12. ca. q. 2. Si priuatum poſſidemus, quod nobis ſufficiat: nõ illa noſtra ſunt, quorum procurationẽ quodam modo gerimus: non proprietatẽ vſurpatione damnabili vendicemus. Loco autẽ domini habẽtur, cùm bene adminiſtrãt: ſi verò malè, loco prædonis. l. qui fundũ. §. ſi tutor. ff. pro empt. verſ. Nam tutor in re pupilli loco domini habetur, cùm bene adminiſtrat, non cùm pupillũ expoliat. l. ab agnato. ff. de cur. fu. verſic. Agnato furioſi non vſquequaque competit rerũ alienatio: ſed quatenus exigit negotiorum adminiſtratio. l. non omni titulo. Cod. de admini. tuto. Non omni titulo res pupilli poteſtatem alienandi tutores habent. Eccleſia autem & pupillus in iure æquiparantur. l. vt inter ius Diuinum. Cod. de ſacro ſanct. Eccle.

41 Præterea rerum Eccleſiæ pauperes ſunt domini: quibus ſuſtẽtentur. ca. quoniam. 6. ca. q. 1. Quoniam quicquid habent Clerici, pauperũ eſt: & peregrinorũ

ſuceptioni inuigilare debĕt. Cùm ſint igitur rerũ Eccleſiaſticarũ Domini pauperes ipſi, quo Iure Papa, qui ſolùm earũ diſpẽſator eſt, pateretur eos fraudari ſuo quotidiano alimẽto? Vindictã enim pauperum Deus eſt ſumpturus: dicẽte Pſalmiſta, Cognoui, quia faciet Domin⁹ iudicium inopis, & vindictam pauperum.

Pſ.139.

Quanam etiam ratione pateretur Papa Euangeliſantibus neceſſaria ſubtrahi? ſemet ipſum enim condemnaret. ca. Apoſtolicis. 6. ca. q. 1. Apoſtolicis Euangeliſantibus Chriſtũ in neceſſariis vſib⁹ nolle tribuere, ſeipſum condẽnare eſt. Gregem quoque ſuũ, quem ipſe vſq; ad ſanguinem prædonib⁹ & aduerſariis omnibus exemplo Domini reſiſtendo tueri & paſcere tenetur, & non tãtùm dominari in clerum, quo prętextu tam iniuſtè ſpoliari ſineret? ca. predicator. 6. ca. q. 1. verſic. Paſcite, qui in vobis eſt, gregem Dei, prouidentes non coactè ſed ſpontaneè, ſecundũ Deum: neq; turpis lucri gratia, ſed voluntariè: neque vt dominantes in Clerũ, ſed forma facti gregis ex animo. Peſtifera eſt igitur ſubtractio fructuũ bonorum Eccleſiæ: cum per eã Eccleſię pa-

1. Pe. 5. a.

ſtoribus viduētur, & deſerātur incultæ. Et ideo per Prophetam cōqueritur Dominus, Diſperſæ ſunt (inquit) oues meæ, eò quòd non eſſet Paſtor: & factæ ſunt in deuorationem omnium beſtiarum ægri, & diſperſæ ſunt. Ezec. 34. a.

42 Conſtat igitur deterrimā eſſe annuam fructuū ſubtractionē, qua Annatæ ſeu Deportus exiguntur: quæ quantū ſint coram Deo execrabiles, dici nō poteſt, cùm ſint penitus cōtra decreta ſanctorum Patrum erectæ ac inuentæ, quibus anima Paſtorū & pauperum alimēta ſubtrahuntur. Neq; fructus beneficiorū, vt olim in primitiua Eccleſia (ſicut ſuperiùs diximus) nunc diſtribuuntur, vna pars Paſtoribus, altera Clericis, & tertia baſilicarum reparationibus atq; pauperibus. Cur igitur potiùs in hac ferè ſola prouincia noſtra erectæ ſunt Annatæ ſiue Deportus huiuſmodi: cùm in aliis reſpuantur? Ideóq; ab aliis nationibus explodūtur: quòd Eccleſia ſit propriè ſanctorum collectio, quæ intra ſemetipſam catholicam hominū cateruam cōplecti dignoſcitur. cap. cùm Eccleſia. de cōſec. diſt. 2. Sic enim quælibet natio exigēdo-

rum fructuũ Eccleſiáſticorum & alienãdorũ rationem,ac nouũ quendem ordinem Eccleſiæ perturbatorem pro libito ſibi introduceret:quod quibus de cauſis nõ liceat,ſuprà meminimus.Cùm igitur contra ſacros Canones inuentæ & erectæ ſint Annatæ huiuſmodi ſeu Deportus : nulla cõſuetudine defendi poſſunt. cap.conſuetudinis. 12. diſt. verſic. Cùm verò nec ſacris Canonibus, nec humanis legibus cõſuetudo obuiare monſtratur:inconcúſſa ſeruanda eſt. Nec etiam longæuo vſu.cap. vſus. 11. diſt. Vſus authoritati cedat:& prauũ vſum lex & ratio vincat. Huiuſmodi præterea Annatæ ſiue Deportus exiguntur non ſolùm contra ius humanum,verum etiã Diuinum:quo cauetur, vt qui in ſacrario operantur,de ſacrario edant: & qui altari ſeruiunt, de altari viuant. Funditus igitur euellantur & penitus abrogentur huiuſmodi Annatæ & annui Deportus fructuum beneficiorum Eccleſiaſticorũ, tanquam pernicioſa quædam innouata cõſuetudo, vel potius abuſus & corruptela peccati.cap.mala.8.diſt.Quemadmodum enim contra iura eriguntur: ſic

1.Cor.9. a. b.

per iura diſſolui merentur.cap.vides.10. diſt.Etiam dicentes & aſſerentes huiuſmodi Annatas ſeu Deportus licitè exigi, æternum Væ maledictionis incurrunt, tanquam dicentes Malum, bonum: & ponentes tenebras, lucem. Fructus ergo beneficiorum Eccleſiæ clericis & pauperibus ſubtrahi non debere, fixa certáque ſit aſſertio. *Eſa.5.a*

43 Sed forſitan oppugnaturus eſt aliquis dicendo, bonam Monaſteriorum partem peculium ſiue temporales fructus habētium antiquitus erectā & primitus fundatam fuiſſe ſuper reditibus ipſarum Decimarum, ipſis Monaſteriis per alienationem à propriis Eccleſiis, & ad alienos Clericos ab ipſis quibus iure debebantur, ſubtractionem & tranſlationem collatarum. Quod contra nos militare non poſſe, nec præualere, ea ratione firmamus. Qui non poteſt alteri ſubuenire, niſi cum alterius detrimento, ſubuenire non debet.ca.denique.14. ca. q.5. Denique ſi non poteſt ſubueniri alteri, niſi alter lędatur: cōmodius eſt neutrum iuuari, quàm alterum grauari. Sícque in tali caſu, Monaſteria huiuſmodi,

ſi alia via dotari non valuiſſent, nõ conſtrui præſtitiſſet, quàm pauperes rerum Eccleſiæ, (vnde ad prædicta Monaſteria in ſummum eius præiudicium & damnum tranſlatæ ſunt præfatæ Decimæ, vt prædiximus) dominos, talibus ex alieno factis, & ideo meritò Deo ingratis oblationibus grauari, & ſuo priuari. Quã-doquidem immolantis ex iniquo oblatio eſt maculata: &, qui offert ſacrificiũ ex ſubſtantia pauperum, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui. Panis enim egentium, vita pauperum eſt: qui defraudat illũ, homo ſanguinis eſt. ca. immolans. 14. ca. q. 5. Si igitur ex alienatione & diſtractione huiuſmodi Decimarum, Eccleſiæ vnde alienantur, eárumque Paſtores, Clerici quoque ac pauperes in ſummum, probabile & manifeſtum eorum præiudicium & damnum maximè læderentur: melius, conducibilius, & æquius fuiſſet talia aut nõ conſtructa, aut ſaltem ſic indotata fuiſſe Monaſteria. Iuris enim præcepta ſunt, Honeſtè viuere. Alterũ non lædere. Ius ſuum cuique tribuere. Iuris præcepta. Iuſti. de iu. nat. gen. & ci. De quibus in

Eccl. 34. c.
Ibid. d.

principio huius libri pleniùs diſſeruimus:ſed hic ideo repetiuim⁹, vt quo iure veluti quadam claue,huius Opuſculi pro tutela & defenſione iuris,libertatis, & immunitatis Eccleſiaſticę ſuſcepti fores aperuimus,eodẽ & claudamus. Hoc vno duntaxat ſuperaddito loco veluti operis huius coronide, qui ad rẽ de qua proximè meminimus,facere videtur,nõ debere alteri per alterum iniqua conditio afferri. l.non debet.ff. de reg.iur.

Ad Vniuerſos orbis Principes Paræneſis.

PER vos itaque, (ô Chriſtianiſſimi & religioſiſſimi Principes, primi præcipuíque ſponſæ Chriſti Eccleſię tutores)pérque piiſſima illa ſummæ Autoritatis & Maieſtatis veſtræ publica ſtatuta,edicta, & mãdata ſuæ primæ & antiquæ dignitati, libertati, & immunitati reſtituatur (obſecro) mater veſtra Eccleſia. Nec vltra ſinatis tot & tãtis illicitis tributis,iniquis exactionibus, perangariis, depopulationibus, & rerũ temporalium alienationibus venerandos eius Sacerdotes ad ſummã adigi inopiam & nuditatem,eorumq́ Hierarchicum ordinẽ prope ex-

Hebr.10.f. tingui:per quos à Deo Opt.Max.(in cuius viuentis manus horrendũ eſt incidere, prout ſemel ineluctabili veluti caſu neceſſariò incidemus omnes: (nam ſtatutũ eſt omnibus hominibus ſemel mo-
Hebr.9.g. ri,& poſt hoc iudiciũ) ſiſtemúrque ante Chriſti Eccleſiæ ſponſi & iudicũ ſecula-
2.Cor.5.b. riũ iudicis tribunal,referétq; vnuſquíſq;
Pſ. 61. noſtrum prout geſſit in corpore ſuo,ſiue bonum ſiue malum de cũctis & ſingulis quantuncúnq; grauibus & famoſis facinorib⁹ & delictis veniam impetratis. Sícque per eoſdem iram omnipotentis placatis: tranquilla pacis omniũ bonorum parentis tẽpora,cum Regia veſtra in hoc ſeculo lõgæuitate,& beatiſſima in futuro æternitate obtinetis: & tandẽ ſacram Synaxim cęteráq; Sacramenta,etiã huic ſeculo Vale dicentes,ſuſcipitis.Nec vllo poſthac iure & honore illis debito impunè fraudari permittatis:quò mereantur, ætatem verè aureã Eccleſiæ per vos renatam adepti, & ſuo hîc temporaliter munere ſanctè perfuncti, in cælo vobiſcum & cum fœliciſſimis Principib⁹ anteceſſoribus veſtris,primis temporalium rerum Eccleſiaſticarum fundatoribus,

dotatoribus,& acerrimis propugnatoribus in æternum lætari.

Hvic igitur Opuſculo colophonem, poſtremámq; manũ imponentes, vtrùm ſatis copioſè necne, tã veteris quàm noui inſtrumenti autoritatibus, atq; vtriuſque Iuris canonibus & legibus à nobis probatum ſit, Sacerdotium ab orbe cõdito inſtitutum fuiſſe: eiúſq; iura, libertatem,& immunitatẽ ad noſtrum vſque pluſquàm ferreum ſęculum intacta, illibata & inuiolata, penè ab interitu iure ipſo vindicari, & ſuo priſtino honori & priuilegio reſtitui oportere, bonorũ atque doctorum & Reipub. Eccleſiaſticæ fidelium aſſertorum maturo, beneuolo, ac ſyncero relinquimus iudicio.

En vobis (ô venerandi Eccleſiæ Antiſtites, Euangeliciq; Sacerdotes) non illud è cælo in Numæ Romanorum Regis manus olim demiſſum Ancyle, vrbis Romæ prognoſtica quaſi continens, aut Mamurri fabri nobiliſſimi manu elaboratum: ſed hoc noſtrum Eccleſiaſticum qualecunq; Scutum, in ſanctiſſimas Orthodoxæ fidei Romanæ Catholicæq; & Apoſtolicæ tutrices manus veſtras, de o-

minoſo illo noſtri temporis & impio fato miſerrimè conquerens, ſummiſſè & officioſè oblatũ. Quod à nobis, dudum publicè prælegẽdis Pontificij Cæſareiq; Iuris Canonib⁹ ac legibus, noſtro (quod aiunt) Marte, & abſque Theſeo, quapropter candidis omnibus politioris Canonicę legaliſq; literaturę profeſſoribus recoquendum, limandum, & locupletandum, nunc primùm incudi datum, in lucem prodire audebit, Sanctitatis veſtræ Maieſtate contra Tartareos Eccleſiaſticorum hoſtium Cerberos protectum:
Heb.4.c. Diuino quoque ſermone (qui D. Paulo authore) viuus eſt & efficax, & pene-
Pro.30.a. trabilior omni gladio ancipiti: quíque (inquit Sapiẽs) ignitus eſt Clypeus ſperantibus in ſe vndiquaque circunſeptũ: firmiſſimiſque & inexpugnabilibus diuinorum vatum, & procerum Eccleſiæ oraculis & canonibus, necnon prophanis ritibus vallatũ atque munitum. Quo, velut inuicti Athletæ Chriſti, & eius ſponſæ Eccleſiæ authorati milites, decenter armati, & ſic in aciem impreſſionem facientes, aduerſus omnes veſtrę Eccleſiaſticæ dignitatis, libertatis, & im-

munitatis oſores, oppreſſores & oppugnatores, iuríſque & rerũ veſtrarũ vſurpatores, raptores & alienatores viriliter legibus ſtare, eos canonibus expugnare, & tandẽ Spiritus ſancti afflatu, (in cuius manu corda ſunt omnium, vt. D. Pauli ex feriſſimo lupo in mitiſſimam ouem conuerſi teſtatur hiſtoria) à ſuis ſacrilegis, & diuino Apoſtolicóque Anathemate toties antehac damnatis cœptis, extra caulas & ouium veſtrarum ſepta procul fugare valebitis. Non quo ad Diuis ſacratas baſilicas & religioſa Monaſteria ſuper prædictis Decimis & reditibus Eccleſiaſticis à maioribus noſtris iampridem erecta & dotata (quæ ſarta tecta (vt aiunt) ab omni periculo, incõmodo, & detrimento conſeruaſſe, nihil vnquam fuit apud nos antiquius) deſtruenda & euertenda, vt abutantur nõnulli. Sícque deuictis hoſtibus triumphantes, & Epinicia Deo feſtiua deuoti celebrãtes, & à tot famelicis atque hiãtibus lupis tuti, reliquo huius labentis ſeculi cũ grege veſtro intrepidi viuere, & (quo, Regio Eccleſiaſte præcone, nil melius) in vita veſtra lætàri, & agere be-

Pro. 21. a.
Act. 9.
Pſ. 94.
Eccl. 3. b. d.

ne indefeſſi poteritis. Nunc verò ſupereſt, quaſdam huius Opuſculi præcipuas vtilitates toto opere diffuſas breuiter explicare,& ſpecialiter enumerare.

Primùm,ſi decimę bonáque Eccleſiaſtica diſtribuerētur,vti ſuperiùs habetur, ab inordinata turpis lucri & auaritiæ ſiti plærique reuocarentur:præcipuè ab honoribus Eccleſiaſticis tam ambitioſè petendis. Nullus enim Eccleſiaſtici honoris ſibi illiciti cupidus reperiretur:neque qui in beneficiorum multiplicitate amplius confideret.

Deinde,pauperes ipſi fame periclitantes,& paſſim inedia pereuntes, ſua decimarum ſorte iure ſibi debita nō defraudarentur,nec ſic primarētur: verùm potiùs piè fouerentur & miſericorditer ſuſtentarentur. Sícque non paucis nimia fame oppreſſis infinita perpetrandi homicidia & furta tolleretur occaſio.

Prętcrea ædium ſacrarum propriis paſtoribus viduatarum,& propterea deſolationem & ruinam minitantium, & de quibus, vt de Ilio, Vergilianum illud cum lachrymis dici poſſet, Nunc ſeges eſt, vbi Troia fuit, diligenter procura-

tetur inſtauratio.

Inſuper Annatarum ſiue Deportuum iniuſta vſurpatio funditus extirparetur: quorum cauſa hoſpitalitas, quæ à D. Paulò viris præcipuè Eccleſiaſticis tantùm commendatur, ſimúlque diuinus cultus paulatim aut intercidit, aut ſaltem minuitur.

Poſtremò, Cauſidicorum ſiue Aduocatorum cùm Eccleſiaſtici tum ſecularis fori ſemper patens crumena, ex tot litibus & tam infinitis beneficialib9 cauſis immenſo auro pauperibus ſuffurato repleta, prorſus in ſummam Reipub. vtilitatem exinaniretur. Lites quoque & cōtrouerſiæ, cuiuſmodi ſunt, An cognitio decimarum ad Eccleſiaſticum, an ad ſecularem Iudicem ſpectet, & ſimiles prope innumeræ in ſupremis Prætoriis & Parlamentis quotannis pendentes penitus extinguerentur.

Quibus corruptelis omnibus ſublatis, tótque litium velut Augiæ ſtabulo repurgato, noſtra vtraque Reſpub. & Eccleſiaſtica & ſecularis placida tranquilláque quieſceret. Cùm enim tāta huiuſmodi controuerſiarum hyems tranſierit

& corruptelarum atque forenſium litiũ beneficialium procelloſus imber abierit, Eccleſiaſtici flores apparebunt in terra noſtra catholica & orthodoxa, & non aliâs : itáque ætas verè aurea apud mortales à tot tantíſque litium laboribus & expenſis liberatos iterum renata in publicum prodibit.

FINIS.

Nos Doctores in ſacratiſſima Theologiæ Pariſienſis facultate, hoc Scutum inuiolabilis libertatis perſonarum & rerũ Eccleſiaſticarum agnoſcimus, quantum ipſi diiudicare poſſumus, nec bonis moribus, nec catholicæ doctrinæ, nec eccleſiæ Romanæ decretis aduerſari: ſed potiùs ſi imprimatur, viris piis deũ timentibus ac doctis gratiſſimũ & perutile futurum. His vt fidem faceremus propriis autographis ſubſignauimus, hac die, 26. Iulij, 1576.

P. Viel. P. Huart. Godofroy.

10 - St. 13

~~9 A 14. 12~~